BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
14
36 0
25

C. 3
S. I
O. 8
N. 12.

II B 16

1 Fiorenza 2
5 Venetia 2
7 Fiorenza 2
13 Venetia 14

Marzo

Papa . . 1
Venetia . 4

Genaro

Papa . 4
Venetia . 14
Fiorenza . 4
Padoua . 16

Crociate 1664 . . 1

QVAESTIONES.
GRIPHONI
MACILENTI
VICTORIENSIS.

De omnipotentia, omniſciẽtia, et Creatione Diuina: Et an anima intellectiua ſit forma ſpecifica hominis informãs corpus humanũ: Et an ſit corruptibilis, uel incorruptibilis, & an perpetuo remaneat extra corpus.

Nunc primùm in lucẽ æditæ.

Conuẽ: S. Fran: [illegible] Conegliano



BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

ANNO DOMINI M D LIII.

ILLVSTRISSIMO PRINCIPI,

Sanctæq; Roma. Eccle. Cardi. Ampliſſimo Rodulpho Pio à Carpo. S. P. D.

GRYPHONVS *Macilentus Victorienſis.*

SI Illuſtriſſ. & Reuerendiſſ. Domine Magni, & in omni ſciētiarũ genere precellētes uiri opera ſua Cleontis, & Ariſtophanis lucernam redolentia non prius edere ſunt auſi, quàm illa alicui magno Principi, & dignitate, & authoritate pollenti dicata cōmendarent, ut eius ope, & præſidio à maleuolorũ, & inuidorũ iniuria tuta forēt: Non mirũ eſt ſi ego neoptolemus inter bonarum artiũ ſtudioſos minimus quoſdam luſus ad ingenij potius mei exercitationem, q̃; legentium delectationem, uel utilitatem, his contractioribus noctibus elucubratos, non tam ſeuerũ Doctorum hominum iudicium q̃; uenenatos Homeromaſtygum morſus formidãtes ante, q̃; in publicum dare alicui uiro, qui eos ianua pedem efferre non audentes animaret, ac æditos facile tutaretur cōmendãdos duxi, Cũq; animo uoluerẽ cui potiſſimũ Mæcenati eos conſecrarẽ clarũ Piæ familiæ, ac in toto ferè orbe memoratum nomen decusq;, quod tu preſul Ampliſſ. à maioribus tui, acceptum egregijs animi tui dotibus, Prudentia, æquitate, continentia, pudore, Pudicitia, Honeſtate, Conſtantia, Fide, Iuſti-

ui, & Pietate, qua uerè cæteris mortalibus præſtas, ad hoc bonarum diſciplinarum ſcientia cumulata, ea præſertim, qua bonorum, & malorum finis dignoſcitur, & in qua hominis fœlicitas collocatur, adeo memoratũ extuliſti, ut cœlo æquaueris, effecit, ut meũ: mearum rerum omnium Patronum columenq; firmiſsimum inter multos elegerim, & quidem non iniuria. Hæc n. tuarum uirtutum præconia non me tantum ad id faciendum ueruntamen Sanctiſſ. Dominum Noſtrum Pa. III. Po. Max. induxerunt, ut te innata animi tui modeſtia nil tale cogitantem ad Cardineam dignitatem, & ad ſecreta admiſerit Reip. Chriſtianæ Concilia Vbi cognitis ſtatim animi tui uiribus quæ à teneris ſub humiliori ueſte Epiſcopali nõ latuerunt Prudentiſſ. ac Benigniſſ. Pontifex populorũ ſuorũ cõmodis uigilanter proſpiciens dignũ te exiſtimauit, cui agri Picœni Prouinciam regendam, & adminiſtrandam committeret, in qua ſtatim, qualis es, omnibus oſtendiſti. Summa enim grauitas tua cum ſingulari comitate coniuncta, quas in Cyro Perſarũ Rege fuiſſe teſtatur Xenophon in libris illis, quos Aphricanus nunq; de manibus ponere ſolebat integritasq; continẽtia, incredibilisq; auaritiam, & libidinem Belluas Feras immanes, & intollerandas excludunt facilitas in audiendo, celeritas in diſcernendo, & in reſpondendo benignitas parca in laudibus liberalitas; & erratorum caſtigatione temperata ſeueritas, ita ſibi populorum animos conciliauit, ut nemo ſit tam perditæ ſpei homo, qui ſummis præceptis tuis repugnare nefas eſſe non ducat. Tu pacem populis, fruſtra pluries tentatam, & iam deſperatam reddidiſti. Tu mercatorum auidiſſimorũ inexplebilem auaritiã cõprimens uitæ pauperum tanq; parens optimus his anguſtis temporibus

poribus, & conſuluiſti, & conſulere nō deſiſtis. Tu bonis præmia ſtatuis: Tu ſontibus pœnas, & eas ita moderate, ut nullus omnino de te, miniſtrisq́; tuis iure conqueri ualeat. Libellum igitur hunc meum ex acutiſſimi Theologorum (Pace aliorum dixerim) Scoti, Diui Thomæ, ac Magiſtri Sententiarū, necnon ſummorum Philoſophorum Platonis, & Ariſtotelis, & Auerrois multorumq́; aliorum Sentētia excerptum, & in uolumen, breuius q̄ potuerim, redactum, quem hortantibus amicis amantiſſimis mei non expectato maturitatis horatianæ tempore in lucem dare cogor. Ad te Doctiſſimorum omnium doctiſſimum, quem mihi perpetuo uenerandum, & colendum in terris poſt Deum propoſui, mitto, tibiq́; pro uirili mea commendatum facio, ea tamen lege, ut quicquid in eo erratum inueneris (nam, & me eſſe hominē & facile errare poſſe non eo inficias) audacter emendes. Non.n. talis eſt, ut dedignetur ſummi ætatis noſtræ, & Theologi, & Philoſophi Ro. Pij S. R. Eccle. Cardinalis meritiſſimi cenſuram. Illud demum te enixe rogare non prætermittam Reuerēdiſſ. Domine, ut unà cum hoc tenui munuſculo animum meū tui ſtudioſiſſimum tibiq́; deditiſſ. accipias: meq́; in numerum ſeruorum tuorum referas. Quod ſi me rito tuo aſſequi contigerit ſublimi (ut Flaccus dixit) feriam uertice ſydera. Vale, & ſi quod in his meis uocabulū cōtra normā latini cādoris inueneris, quæſo me habeas excuſatum: Aliter.n uera, & Theologorum, & Philoſophorum ſenſa exprimere penitus poſſe diffidebam. Verba ut potius rebus, q̄ res uerbis inſeruirent uolui. Vale iterum.

IACOBI VICOMANNI CAMERTIS,

Carmen.

Ad rerum diuinarum perſcrutatores.

Quos arcana iuuat ſummi maiora Tonantis
Perſpicere humano non prohibente ſitu,
Corporeisq; oculis, cœlorum cardine fracto,
Iudicia eterni noſſe futura Iouis,
Quodq; animæ officium eſt, uel dum ſub carcere preſſa hoc,
Aut ubi proſciſſa libera nube migrat,
Numq; iterum exutos adſumet ſpiritus artus?
Quaq; Deus rurſum conditione reget?
Huc properate gradu; monſtrat miracula tanta
Gloria Piceni ſumma Gryphonus agri.
Quæ ritis ex magicis fluat hæc doctrina ſuſurris?
An ſint ex clario nuncia uana Deo?
An quæ captauit Calcas reſponſa per exta
Brutorum? an cæci carmina Tyreſiæ?
Non tulit hos fucos, non ſomnia falſa Gryphonus,
Dogmata ſed ueri tradita uoce Dei.

Eiuſdem Choriambicum.

Ad Illuſtriſſimum Principem, Sanctæq; Rom. Eccle. Cardinal. ampliſſimum Rodulphum Pium à Carpo.

Mecænas iterum reddite gentibus
Turbæ præſidium Palladiæ. & decus,
Quanti te faciat doctiloquus Grypho.
Cernis. non fragileis porrigit hic humi
Theſauros, neq; quos hora ualet breuis
Auferre; ast animi non pereuntia
Aut hoc, aut alio tempore munera.
Dona hæc digna tua percipe dextera.
Iàm pridem tibi nàm debitus hic labor,
Mecænas iterum reddite gentibus
Turbæ præſidium Palladiæ, & decus.

MATTHAEI CALCALARII CAMERTIS
Ad Lectorem.

Difficileis potuit ſolus qui ſoluere Griphos
Hic eſt ille Grypho maximus orbis honor.
Non ab Hyperboreis gemmas tibi montibus affert,
Mille modis homini quas rapit hora breuis:
Sed quas haud tempus rapit, haud fortuna ſuperba,
Non aqua, non ignis, non fera iura necis.
Vt Gryphes luctantur equis, ſic hoſtibus obſtat
Hic fidei: Gryphes unguibus, ore Grypho.
Hunc lege, ſi cura eſt animi tibi candide Lector.
Nemo graueis melius erigit hoc animos.

AENEAE Rodulphini Camertis, Ad paternum ſolum gratulatorium Carmen.

Quàm tibi (terra parens) grator, quòd fulſerit exte
Lux primùm, tenebras quæ fugat orbe graueis?
Perpetuò uiuet fulgentis fama Gryphoni;
Perpetuò uiues tù quoq; ſorte pari.

Eiuſdem ad Ampliſſimum Cardi. Carpenſem.

Non lapides hic ungue graui, non uertice ab illo
Detulit hùc Arabum, qui dedit Autor opus:
Sacra ſed Empyrea ducta iſta ex arce Gryphonus
Hic aperit, ſuprà ut docte Rodulphe nibil.

GRIPHONI MACILENTI VICTORIENSIS,

Quæſtiones de Creatione, de Omnipotentia, et omni Scientia Dei.

PIENTISSIME *creator, incomprehenſibilis, & impermutabilis Deus bonorum omnium largitor optimè fœcũda imbecillum intellectum meum immittendo in me indignum tuam aſſiſtricem ſapientiam, ut quæ in his infra diſputandis quæſtionibus dubia ſunt clariſſimè eluceſcant, quoniam tu es omnipotens, omniſciens, miſericors, creator, omniumq; conſeruator. Tu es Dominus Deus noſter, qui in altis habitas trinus & unus. Quòd ſit creator patet in pri. Geneſi, In principio Deus creauit Cœlum, & terram, eſt etiam articulus noſtræ legis. ut Credo in Deum patrem omnipotentem factorem cœli, & terræ. Sed dubitatur utrum iſtud principium .ſ. In principio Deus creauit Cœlum, & Terram, an ſit naturaliter demonſtrabile. ſecundo an Peripateticũ. tertio an utrũ legale. Pro cuius intelligentia eſt notandum, ꝙ dicit Auerrois in libris Deſtructionum diſputatione prima. ꝙ non ponendæ ſunt quæſtiones de principijs legum, quia qui dubitat eſt increpãdus, & puniendus, quia inquit ipſe ſic dubitare eſt deſtruere leges, ſicut eſt de principijs ſcientiarum ſpeculatiuarum. Oportet.n. omnem hominẽ recipere principia legis, ut exaltetur qui fecit ea, negare.n.ea eſt deſtruere hominem. Ideò oportet interficere hereticos, ergo nõ poſ-*

ſumpſus diſputare, an hoc principium ſit uerum: ſed ſit notum nobis tanq̃ principiũ legis, quia legalia. Intellectus, et profetia nota sũt.

¶ EST alia poſitio in alio extremo. ſ. Deum creare eſſe poſitionẽ naturalẽ, et Peripateticã ex Principijs Auerrois deductã & eſt demonſtrabilis, & eſt opinio Platonis, Algalzelis, et Auicẽ. et Raſis ĩ introduct. ſuæ medicinæ. Vnde Plato Thimei ſecundo, ubi platonici acceperũt formas dari à ſecundis Dijs. dicentes, Deũ Deorũ huius uniuerſi generis ſementẽ faciã uobisq; tradã: uos cætera exequi par eſt, ita immortalẽ cœleſtemq; naturã mortali textu extrinſecus ambiatis iubeatisq; naſci, cibumq; prouideatis, & incrementa detis, ac poſt diſſolutionem id fœnus, quod credideratis ſeceſſione animi, & corporis recipiatis. Vnde Commentator 12. Methaphiſices exponens iſta uerba Platonis 44. inquit ipſe, hoc eſt, quod inquit Plato in ſuis uerbis obſcuris, q̃ Creator creauit Angelos manu, deinde præcepit eis creare alia mortalia, & remãſit ipſe inquiete ſine labore, et forte exiſtimare, hoc fuit cã ſabbati poſiti in lege filiorum Iſrael. Eſt etiam mens Algazelis diſputatione pri. d. p. circa finem, ubi inquit. Et cum poſſibilitas ſit quædam potentia, & deus benedictus eſt, ſicut eſſentia totaliter actualis, & ſimpliciſſima: non debet ergo de quadam poſſibilitate denominari: & ideo dicimus, q̃ productio mundi in Deo non eſt mutatio in eo, neq; exitus de potentia ad actum, imò quidam modus potentiæ diuinæ, qui à nobis ignoratur, & propter hoc dicimus, q̃ nõ eſt cõparandũ inter opera diuina, et alia opera naturalia. Itẽ Auer. 12. metha. 44. ubi cõtrã fundamentũ Auicennæ inqt, dicamus ergo q̃ nulla forma, eſt quaſi finis, & comunis, & uniuerſalis, niſi illa ex eis, quæ habet actionem comunem, & hæc eſt diſpoſitio mouẽtis

tis

tis primum cœlum, motu diurno diſpoſitio. n. in iuuamento corpora cœleſtium ad inuicem increando entia, quæ ſunt hic, & conſeruando ea. Ite Auerrois diſputatione. 10. d. 3. inquit patet ergo, ꝙ oportet, ꝙ mundus habeat unū efficiens ſagaciſſimum & ſapientiſſimū à quo entia cuncta ſeriatim miniſtrentur. Dicas fundamentū Auicennæ, ꝙ à cauſa ſimplici una nō poteſt prouenire diuerſos effectus & quomodo eſſet maxima imperfectio intelligentiarum ſi una non produceretur ab alia. ut puta 2. à pri. & 3. à 2. & ſic deinceps, ſed tu dic, ut Scotus in 4. diſt. p. queſ. p. ꝙ aliæ non poſſint producti, niſi à p. eſt propter earum perfectionem, & dic quomodo ſit opinio Auicennæ, & quomodo non, quia ipſe dicit in 9. methaph. c. 7. ꝙ intelligentiæ non quietantur, niſi in pª. perfectione & dic ꝙ habet Scotus in primo d. p. q. pª. de fruitione adducendo illam propoſitionem decimam quintam ipſius proculi, & fac illam difficultatem de uniuerſali cauſato ab intellectu, & à quo intellectu, & utrum ſit ſubſtantia, uel accidens, & dic conſequenter, ut ſcis, & hic ad propoſitum applicabis.

℄ EX principijs Auerrois probatur anima intellectiua producitur ergo creatur: ſi dicat à magis amplo ad minus amplum cum diſtributione magis ampli, non ualet conſequentia: Probatur, quia, ut dicit Auerrois 12. methaph. 17. creatio eſt productio de omnino nihil: ſed quādo indiuiſibile ſimplex producitur totum producitur, & nihil eius præexiſtit, ergo creatur conſequentia patet 2°. de generatione animalium cap 3. de foris uenit, & non educitur de potentia materiæ in quæſtione de Bona fortuna, ſed tu dic, ꝙ talis ſecundum Philoſophum non eſt alia productio à productione totius, & dic ut Scotus in 2. q 18. ꝙ creatio excludit omnem cauſalitatē

cauſæ materialis, & ſeminalis, & pro horum difficultate uidebitur in mea queſtione, quam feci de anima. 2°. arguit intelligẽtia ſecunda eſt cauſata, ergo creata per idem negabitur conſequentia ſicut prius probatur, quia cum ſit ſimplex, & indiuiſibilis, nec ulla eius pars, nec materia præceſſit, ergo creatur: antecedens probatur, quia Auicenna 6. methaph. cap. 4. & 9. meth. cap. 3 nam ſi eſſe eius fuerit poſt non eſſe eius omnino: tunc aduentus eius à cauſa eſſet creatio; & iſte modus eſt dignior omnibus alijs modis accipiendi eſſe: li omnino ponit, ut diſtinguat generationem à creatione, quia generabile aliquid præcedit ſ. materia, ergo ſequitur, ꝙ intelligentiæ creabuntur omnino. Sed quomodo producantur, uide Cathenam Auream ipſius Auicennæ, & modum productionis ipſarum in Tartareto in libris phiſicorum ponit etiam iſtum modum Conciliator differentia centeſima prima, & dic ut Scotus in 2. d. pª. q. 2. quomodo non eſſe precædit eſſe ordine naturæ priuatiuæ ipſarum intelligentiarum, & fac illam inſtantiam ſ. ut illa primò inſtanti naturæ in quo prima intelligentia eſt, non eſt uerum dicere, ſecunda intelligentia eſt, ergo uidetur, ꝙ non eſſe etiam earum ordine naturæ poſitiuæ præcedat eſſe: dic etiam de materia pri. quomodo eſt prius priuata quam informata ordine naturæ priuatiuæ, & quomodo priuatio nunquam ineſt materiæ loquendo de materia in ſe, & priuatione in ſe, & quomodo non ſit de eſſentia eius, ſed fac inſtantiam contra hoc. ſ. quia priuatio eſt per ſe principium in fieri generationis ergo tempore præcedit formam in materia, & ſic priuatio ineſt materiæ, ſolue ut ſcis, & quomodo priuatio quæ eſt accidens ſit neceſſarium ut Commentator in primo phiſ. c. 6. ubi dicit accidens aliud neceſſarium, aut rariſſimum, aliud per accidens

&

& quomodo accidens iſtud ſit neceſſarium, & quomodo per accidens: Da exemplum de ſtella quæ eſt affixa orbi in eo, ꝙ pars eius neceſſario mouetur ad motum totius per accidens, mouetur in quãtum talis ſtella, & pro quanto eſt affixa orbi, ſed quia ut ei Auicennæ imponit Auerrois immiſcuit legalia Phiſicis, & non eſt peripateticum. Ecce ꝙ Auerrois non bene dicit modo, & probatur eſſe Peripateticum, & de mente Auerrois, & Ariſtotelis, & facio ſic: ſecunda intelligentia habet cauſam finalem, ergo efficientẽ antecedens eſt Ariſtot. 12. methaph. 51: quia pri. intelligentia eſt cauſa in ratione formæ efficientis, & finalis: negatur conſequẽtia probatur, nam cauſalitas cauſæ finalis eſt mouere efficientem ad agere, ſi ergo intelligentiæ habent finem, ergo efficiens, quia ſi non eſt finis mouens non eſt efficiens motum, & ſi eſt finis mouens erit efficiens motum, propterea Ariſt. 12. 44. poſuit ordinem eſſentialẽ in intelligentijs, & neceſſario debet ponere, quia ſunt alterius ſpeciei, quia carent materia, ut dicunt iſti: Ideo tantum una in una ſpecie, & in his quæ ſpecie diſtinguntur, eſt ordo eſſentialis. 8. methaph. 10. & 3 meth. secũ. de mente Platonis.

TVNC ſic ſecunda intelligentia eſſentialiter dependet à prima, ergo cauſata à pri. conſequentia probatur ex ſentẽtia Scoti in 21. q. quolibet quia eſſentialiter dependere eſt habere eſſe ab alio, uel neceſſario præexigere illud: item Auerrois. 12. methaph. 44. inquit: non eſt. n. illic prouentus, neq; conſecutio, neq; actio: itaq; dicamus una actio conſequitur agentem, eſt n tantum illic cauſa, & cauſatum ſicut intellectus eſt cauſa intelligentis. Item phil. ſ phus 2. methaph. 4. ubi uult principia ſempiternorum eſſe cauſas ipſorum ſempiternorum, & quantum ad entitatem, & quantum ad ueritatem, &

tem, & Auerrois dicit ꝙ pri. cauſa eſt tantum per ſe ens, & per ſe uerum: alia aũt ſunt entia: & uera per ueritatem eius, & eſſe eius, hæc Auerrois: ſed tu dic, ut te docuit Reuerendus præceptor Simonettus cuius anima requieſcat in pace: de illa authoritate Phil. in iſto 4. textu 2. methaph. ſ: ꝙ res ſicut ſe habet ad eſſe, ita ad ueritatẽ pro Parmenide, & Meliſſo, qui dicebant tantum eſſe unũ ens, & bene dicebant, & eſt principium noſtræ legis: Sed Phũs phiſicorum pri. falſum imponit eis: Item Auerrois in. 8. Phiſicorum. 15. in fine commenti dicit, ꝙ ſunt res neceſſariæ quæ non habent principia, nec cauſas, quia tunc procederetur in infinitum: & ibi intendit declarare, ꝙ multa neceſſaria habent cauſas: iſtis declaratis antequam adducam authoritates in contrarium: Dico duo. primo quod Phũs habet concedere creationem uerè realem ex puro nihilo, ubi non eſſe creati præcedit eſſe creati, eo modo quo docet Scotus in 2. d. pri q. 2. ſecundo dico creationem ueram, quæ nullũ ſubiectum preſupponit, cuius non eſſe duratione præceſſit eſſe, ſolus Theologus habet concedere, & nullo pacto Phũs. ¶ His declaratis oportet uidere quid ſit creatio, quid creare. & quid creatura. Vnde creatio ſic diffinitur à Scoto in 2. d 9 q. pri. ſoluẽdo primũ creatio eſt actio non concurrente alia cauſa alicuius generis, niſi tãtũm pri. efficiente, & primo fine, & talis nulla eſt actio creaturæ, & in 2. d. 18 q. unica ar. pri. creatio eſt productio quæ excludit omnem cauſalitatem cauſæ materialis, & ſeminalis, & efficiẽtis creati, & in 4 d. pri q. pri. ſic eam diffinit. Creatio eſt productio de nihilo, ideſt non de aliquo, quod ſit pars primi producti, & receptiuũ formæ inductæ: ita anihilatio eſt deſtructio in nihil utroq; mõ. Hæc Scotus in locis citatis: Creare uerò ſic diffinitur à Scoto.

in ſecundo. d. prima. q. ſecunda Creare eſt aliquid de nihilo in effectu produci; & Commentator etiam in commento. 18. 12. methaph. inquit dicentes creationem dicunt unum agens creare totum ens de nouo poſt nihil: & nota quod ly totum in diffinitione de create tenetur Sinchategorematicè, quia ſecundum quamlibet partem capit eſſe: ad differentiam de ly totum poſitum in diffinitione generationis, quod quidem capitur cathegorematicè, quia capit eſſe non ſecundum quamlibet partem de nouo productam, quia preſupponitur materia: & ita ly totum in diffinitione generationis capitur cathegorematicè: ut docet Scotus in 2. d. 12 q. pri. & in 4. d. xi. q. pri. Creatura uerò ſic diffinitur à Scoto in 3°. d. xi. q. pri. Creatura eſt quæ accipit eſſe à primo efficiente poſt oīno nihil.

¶ IN oppoſitum eſt Ariſtotelis, & Auerrois pri. phiſicorum. 71. qui dicunt, ꝙ ex nihilo nihil ſit. Idem in 7. methaph. 31 et 12. metha. 18 ſecundo quia Ariſtot. 8. phiſicorum 7. uult ꝙ omne factum eſſe preſupponit fieri: hoc idem habet pri cap. de ſubſtantia orbis Auerrois 3°. ſic arguitur: Auerrois 7. meth. 31. & 12. metha. 18. dicit ꝙ omne generans eſt extrahens educens, & non inducens, ergo 4°. arguit Auerrois. 8. phiſ. 7. dicere aliquid de nihilo fieri dicit tranſmutationem eſſe ſine tranſmutatione, & tranſmutationem ſine tráſferente ipſam 5°. arguit Auerrois. 8. phiſicorū. 4°. dicit qui dicit aliquid ex nihilo fieri dicit impoſſibile eſſe poſſibile 6°. dato ueritate huius ſequitur, ꝙ materia ſit effecta ab eterno, ſed ſecundum Ariſtotilem. pri. phiſ. 82. materia eſt ingenerabilis, & incorruptibilis 7°. ſic arguitur intelligentia ſecunda eſt ſempiterna, ergo non facta antecedens eſt Ariſtot. 12 meth. 29 & 30 cōſequentiā probatur ex pri. cæli 134. ꝙ factum eſt non poteſt eſſe

incurruptibile

incorruptibile, ſed dic tu, ut ſcripſiſti in q de propoſitione per ſe nota; quod factum, & eternum non implicant; & adducas illam doctiſſimam probationem Sancti doctoris, cum illa additione Doctoris ſubtilis Scoti in 2.d.pri. q. 3. ergo arguitur ſic. Si ſecunda intelligentia eſt facta, ergo poſſibilis eſt quia omne factum poſſibile eſt, ut fiat: quia impoſſibile non poteſt fieri: & tunc cum hoc ſit neceſſaria, tunc natura poſſibilis uerteretur in neceſſariam, ꝙ eſt contra Auerroim pri. cœli. 138. Ideò creatio in uia philoſophi eſt impoſſibilis. Pro reſponſione noto, ꝙ duplex eſt creatio, una eſt productio ex uerò nihilò: ſecundo modo capitur, ut eſt origo paſſiua per quam aliquis capit eſſe per inſtans: & ſic Reſpondeo ad quinque illas authoritates: ꝙ cum Phũs dixit ex nihilò nihil fit loquebatur de generatione, & non de creatione: Ad ſextam concedo, ꝙ materia non eſt genita, nec generalis, nego tamen ꝙ non ſit creata: quia aliud eſt rem generari, aliud creari: Ad septi. dicitur ꝙ quædam eſt factio quam concomitatur motus, uel mutatio, alia eſt quæ eſt ſimplex productio ſine motu, & mutatione, & hoc eſt quod egregiæ inquit Ariſtot. 9. meth. in principio, ubi dicit, ꝙ potentia dicitur in pluribus quàm eorum, quæ dicuntur ſecundum motũ, & denotetur, ꝙ datur potentia productiua, quæ non eſt tranſmutatiua ratio illa concludit pri. mõ, & non ſecundo modo, quia omnis generatio eſt mutatio ſecundum Phũm 5. metha. t. c. 7. Ad octauam authoritatem dico, ꝙ eſt poſſibilis poſſibilitate logica: ſed nõ eſt poſſibilis illa poſſibilitate, quæ conuertitur cum contingenti, de pri. uide Scotũ 39. d. primi, & diſtinctione 2. parte 2. q. 3. eiuſdem primi, & d. 5. q. 2. & d. 7. & 8. primi, uel poſſumus dicere ꝙ poſſibile eſt duplex ab intrinſeco, & ab extrinſeco: Exemplum primi, ut compoſitum, ex materia,

2°. ad illam ... ex nihilo nihil fit.

materia, & forma: & ab extrinſeco, ut intelligentiæ aliæ à prima & orbes, & materia prima, & alia eterna sunt poſſibilia: secundo modo, ſed non primo modo, dic etiam quomodo aliquod ex ſe poſſibile uertatur in neceſſarium ab alio non eſſet inconueniens, ut patet de motu ſecus eſſet ſi eſſet ſubſtantia contra, aut iſta potentia, quæ eſt in cœlo, aut aliquando reducitur ad actum, aut non, ſi non, ergo fruſtra datur ſi reducitur, ergo aliquando cœlum erit ſine motu, q̃ eſt impoſſibile.

¶ DICO q̃ iſta potentia reducitur ad actum ſecundum partem hoc eſt motus corrumpitur ſecũdum partem, quia una pars motus corrumpitur adueniente, altera parte, & hæc eſt reſponſio Commentatoris, sed tu dic de potentia logica, de potentia secundũ quid quæ non poteſt poni in eſſe: sed uide Reuerendus preceptor Barghes, ſuper ultimam quæſtionem. 8. diſtintionis pi. declararet opinionem Ariſt. contra Platonem p°. cœli 124. & adducit Scotũ in 4°. in materia de dotibus corporum, uide ipſum ibi, & q̃ Scotus cum Sancto Doctore ſint eiuſdem mentis. ſ q̃ productum, & eternum non implicent, uide ipſum in secundo d. pª. q. 3.

Quod ſit OMNIPOTENS, probatur, quia poteſt omnia producere Auerrois diſputatione 3ª. d. 2°. inquit ipſe Deus eſt agens, & efficiens dictas cauſas protrahenſq; totum de priuatione ad actum, & conſeruans eum in nobiliori gradu, & modo quo attribui poteſt nullis agentibus nobis præſentibus actio Dei procedit de ſcientia abſq; neceſſitate inducente eum ad agendum, neq; de se, neque de aliqua re extrinſeca, imò tantum ex ſua bonitate, & ideo neceſſario uult, & eligit in præcioſioribus gradibus uolentium eligentium: & ſi philoſophi dicant Deum neceſſario agere, quia eſt

 cauſa

cauſa naturalis agit quantum poteſt, & non poſſe se solo agere hoc eſſet propter perfectionem ipſius Dei glorioſi. ſ. propter imperfectionem effectus, Sententia eſt Scoti in p°. d. 2ª. q. 2 Sed dubium eſt, quia dicit Auerrois, ideo Deus neceſſario, uult quomodo uelit se intelligat se: & quomodo alia à se: Scotus 39 pri. ar. 2°. dicit ꝙ uoluntas diuina nihil aliud reſpicit neceſſario pro obiecto ab eſſentia ſua: ad quodlibet igitur aliud contingenter. igitur dicitur, Deus neceſſario uult se, amat se, intelligit se, & non, ꝙ iſtę propoſitiones sunt immediate, ut docet Scotus q. 16. quodlibet, ut uoluntas diuina uult bonitatem diuinam: & ſi quis dicat, quare iſta eſt immediata: Reſpondet Scotus ibi secundum Ariſtotilem 4°. methaph. t. c. 26 non eſt quærenda ratio eorum quæ non eſt ratio demonſtrationis n. principij nō eſt demonſtratio: ita dico hic, ꝙ ſicut iſta eſt immediata, & neceſſaria uoluntas diuina, uult bonitatem diuinā, nec eſt alia ratio: niſi quia hæc eſt talis uoluntas, & illa talis bonitas ſic uoluntas diuina uult, contidgenter bonitatem, ſeu exiſtentiam alterius: & hoc, quia eſt talis uoluntas, & illud eſt tale bonum: tamen licet iſtę ſint immediate, & non poteſt ab intrinſeco aſſignari ratio, quare Deus neceſſario uult se, amat se; poteſt tamen bene perſuaderi ab extrinſeco. ſicut facit Scotus in principio illius 16. q quodlibet, ut Deus neceſſario eſt Beatus, ergo neceſſario diligit obiectum beatificum, & ratio aſſignatur ab extrinſeco, quia ipſa eſt recta, ideò uult quodcunq; uolibile: Sed qa dicit Scotus uolūtas diuina uult contingenter bonitatem. ſeu exiſtentiam alterius: quomodo cū certitudine ſcientiæ Dei, ſtet contingentia in rebus: Doctor ſubtilis in 39. pri. ponit duos modos, quibus Deus cognoſcit complexiones cōtingentes, & ibi refutat primum modum quem defendit in quolibe-

tis. q.

tis.q.14.qui talis eſt uoluntas diuina p°. determinat ſe ad uolendum, hoc fore determinate. 2°. ex hoc intellectus diuinus uidens, iſtam determinationem uoluntatis diuinæ infallibilem nouit hoc eſſe futurum: Alius modus eſt, ꝙ intellectus diuinus, aut offert ſimplicia, quorum unio eſt contingens in re: aut ſi offert complexionẽ, offert eam ſicut neutram: & uoluntas eligens unam partem ſ coniunctionem iſtorum pro aliquo nunc in re facit illud determinate eſſe uerũ: uide Scotum ibi, quia prolixe declarat. ¶ Contra pri. modum arguit Gregorius, & Ocham in pri.d.38.q.5.ſic: ſequeretur, ꝙ intellectus diuinus cognoſceret aliqua, aliterq; per ſuam eſſentiam: Ocham arguit ſic, Deus uult me lecturum cras determinate cõtingenter per te. quæro uoluntas mea, uel neceſſario uult, quod uult Deus uel contingenter: si neceſſario, ergo omnia euenient de neceſſitate, ſi contingenter, ergo poteſt non uelle, ergo Deus non poteſt ſcire me lecturum cras, niſi cognoſcat determinationem meam, & ſic à mea uoluntate penderet cognitio ſua certa: 2°. arguit ſtante tuo dicto, ergo, ego etiam ſcirẽ infallibiliter me lecturum cras, ut Deus, probo, quia ſcio determinationem uoluntatis meæ, quare ſicut intellectus meus non ſcit infallibiliter, ergo nec intellectus Dei. Ad primum dico, ꝙ determinatio suæ uoluntatis eſt ſuum uelle, & idem eſt cum eſſentia: Ad secundum quando dicis determinatio uoluntatis meæ ſequitur neceſſario, uel contingenter: Dico ꝙ ſequitur utrunq;. ſ. neceſſario, & contingenter neceſſario, neceſſitate conſequentiæ contingenter abſolute: Ad ultimum nulla eſt comparatio inter uoluntatem noſtram, & diuinam: quia ſcio noſtram eſſe mutabilem: uoluntas autem Dei immutabilẽ infallibilẽ inimpedibilẽ, et ſic ſunt ſoluta omnia argumenta, & inquit Gregorius d. prealle-

Determinatio voluntatis divinae est suum velle, idem cum essentia.

gata. q. 5. ꝙ talis modus incomprehenſibilis eſt à nobis.

¶ *Quod ſit omniſciens intelligendo tantum ſe, & ꝙ non ſequatur, ergo ignorat omnia quæ creauit, ut inquit* Algazel *diſp. 3. du. 18. quia, ut Commentator in eodē dubio, inquit, ꝙ id quod* Deus *intelligit de ſe ipſo, ſunt entia in nobiliori eſſe, quā fieri poſſent. ſ. ꝙ ipſe eſt intellectus, qui omnium entium cauſa, & inquit* Auerrois *intendunt dicere, ꝙ ipſe* Deus *entia poſteriora ab eo non intelligit eo modo quo nos intelligimus: modo quo nullus intellectus præter eum, ea intelligere poteſt: si n alius intellectus entia intelligeret, eo modo, quo* Deus Benedictus *intelligit ea communicaret cum eo in ſufficientia, ꝙ eſt falſum, & eſt manifeſtum, ꝙ* Deus *in hac proprietate ab alijs differt expreſſe, & d. 6 d. 2°. inquit* Auerrois, *& ille intellectus quem entia ſequuntur intelligit neceſſario entia in eo quod intelligit de se ipſo ordinem, quorumlibet entium non quod intelligat aliquid extrà se. Tunc n cauſaretur ab illo ente, ꝙ intelligit, & non eſſet ipſius cauſa, patet ergo, ꝙ declaratio, hæc ſit philoſophorum intentio, & concluditur ex ipſis præmiſſis, quod intellectus ſeparatus non intelligit, niſi se ipſum, & intelligendo se ipſum intelligit omnia entia, quia intellectio ſua non eſt aliud, quàm omnium entium ordo, & iſte ordo uirtutes actiuas recipit, & ordinem in cunctis entibus ſeruat, & uocatur apud philoſophos sciētia, hæc* Auerrois: *Sed contra uidetur, ꝙ* Deus *non intelligat omnia, quoniam intelligit ordinem, quoniam tunc intellectio* Dei *non eſſet abſoluta, sed relatiua cuius contrarium dicunt philoſophi. Dicendum secundum* Philoſophos, *ꝙ ſicut eſſe metallum continetur in* Auro *in ſua puritate, & in alijs participatiue imperfecti, & quaſi obumbrate, ſimiliter ſicut eſſe coloris cōtinetur in luce formaliter*

& in coloribus obumbrate: Sic eſſe abſolutè continetur in Deo, et in alijs participatiuè imperfectè, & obumbrate: Dicendum ergo, ꝙ percipiens aurum percipit omnia metalla non quidem in propria forma, ſed prout omnia ſunt aurum purum, & ſimiliter percipiés lucẽ percipit oẽs colores: Sic Deus percipiens eſſe eius percipit omnia, prout omnia ſunt ipſe Deus, ergo eſt ordo rerum eſſe rerũ in ſua puritate: res autem ſunt eſſe Dei in ſua puritate, & hæc fuit intentio Parmenidis, & Meliſſi phis.pº. omnia eſſe unum infinitũ, & immobile: omnia.n entia ſunt ipſe Deus, qui eſt infinitus, & immobilis. Poteſt etiam dici, ꝙ ſicut Ariſt. in 2º. meth 4º. dicit, ꝙ res ſicut ſe habet ad eſſe, ita ad ueritatem: itaꝗ uult dicere Ariſtotiles, ꝙ res quantum habet de entitate tantum habet de ueritate, & ſi multum de entitate, multum de ueritate: ſi parum de entitate, parum de ueritate, & quia Deus habet multum de entitate, & & per conſequens de ueritate: Itaꝗ per comparationem ad iſta inferiora, iſta erant quaſi nihil: & ideò dicebãt ipſi eſſe tantum unum ens ſ. infinitum; & immobile: unde uidetur eſſe principium noſtræ legis, unde Chriſtus, ego ſum qui ſum. Ecce quomodo uerum uero conſonat, & nullum uerũ repugnat uero, & ſic dico, ꝙ ordo Dei non eſt relatio, imò purum eſſe, & reliqua habent eſſe relata: ideò alia intelligũt ſe relatiuæ. Item Auerrois diſ. x. d. 3. inquit Deũ non comprehendere particularia non eſt defectus in eo, imò eſſet defectus in eo, ſi ea comprehenderet ſimiliter non comprehendere alia præter ſe ipſum non eſt in eo defectus, & iſta eſt opinio Aui. ut ibi inquit Auerrois, & nos dicimus, inquit Auerrois, ꝙ diuina ſcientia nõ diuidit uerũ à falſo in oppoſitis ſicut reperitur in humana ſciẽtia (uerbi gratia) aut homo ſcit alia, aut non ſcit alia, & iſta duo

ſunt

ſunt cõtradictoria, unde uerificata una iſtarum, alia neceſſario eſt falſa: Sed in Deo Benedicto ambæ uerificantur duobus tamen reſpectibus, uidelicet, quia ignorat ea mõ inferente defectũ ſicut eſt in humana ſcientia, & ſcit ea modo non inferente defectum, ſimiliter dicimus de uniuerſalibus, & particularibus ſ. ꝙ ipſe Deus ſcit ea, & ignorat ea. ſ. modo iam dicto: & nota, ꝙ Auerrois uult dicere, quod de ſcientia Dei non uerificatur alterum contradictoriorum determinate: uidelicet, aut ſcit alia, aut non ſcit alia, ſicut reperitur in humana ſcientia: ſimiliter dicimus de uniuerſalibus, & particularibus, ꝙ Deus ſcit ea, & ignorat ea modo iam dicto. Et nota, ut Auerrois diſput. 3ª. d. 18. quod ſcientia Dei non eſt uniuerſalis, neq; particularis, quoniam ambe iſte cauſantur ab entibus: Sed ſcientia Dei, ut Auerrois diſp. 6. d. 6 inquit & 12. metha 51 ſcientia Dei eſt cauſa rerum, ſcientia noſtra eſt cauſata à rebus: ſed pro clariori intellectu iſtarum prædictarum difficultatum quattuor propoſitiones de mente Philoſophi diſputare intendo. Prima, an Deus intelligat tantum se. Secunda, an intelligat extra se: Tertia, an ſua intellectio ſit ſua ſubſtantia: Quarta, an unico actu intuitiue ſine ſucceſſione: ſed quoniam iſta quæſtio præſupponit Deum intelligere, & ſcire, uideamus an ſit uerum deum intelligere, & ſcire: Algazel diſp. 3ª. d. ij. inquit Deum nõ intelligere, neq; ſcire: Probat duobus medijs, quorum unum eſt tale: Homo ideò ſcire deſiderat, ut comprehendat ueritates rerum ſecundum humanũ poſſe: ſed Deus non indiget iſta inquiſitione ueritatis, ergo non intelligit. Alia ratio ipſius eſt iſta, homo deſiderat ſcire, ut ueniat in cognitionem, ſine quibus non poteſt acquirere uitam eternam. Deus non indiget his medijs, ergo non intelligit, poſuit.n. Algazel homines uiuere uita eternam

eterna ſi beatificantur, & mori eternaliter ſi crucientur: Ad iſta argumenta Algazelis, Reſpondeo negando ſimilitudinem, quoniã inquit Auerrois diſp. 3. d. 4. ſimilitudo, & comparatio requirunt uniuocationem, ut patet 7°. phis. 26 & 29. quoniam inter ſcientiã Dei, & noſtram nulla eſt uniuocatio, quoniã inquit Auerrois diſp. 6 dubio preallegato, & in 12, meth 51 ſcientia Dei eſt cauſa rerũ ſcientia noſtra eſt cauſata à rebus, dicere ergo Deus non ſcit eo modo, quo homo, ergo non ſcit conſequentia nulla: Item dicere non intelligit, ut cognoſcat media igitur non intelligit: conſequentia nulla, & ſic patet ad conſequentia Algazelis. Quod Deus intelligat, & cognoſcat, probat Philoſophus 12. meth. 51. duabus rationibus, & pri. ad impoſſibile talis ſi deus non intelligit, ergo non eſt quid optimum, & uenerabile, conſequens eſt impoſſibile, ergo & antecedens conſequẽtia deducitur Deus, ideò eſt honorabilis, & dignus, quia eſt actu intelligens omnia, quia ſi eſſet intelligens, ut dormiens non eſſet ſemper fœlix, quod diuinitati repugnat: Item ſi non intelligit ſemper, actu igitur eius intellectio eſſet laborioſa quæ ratio ſecundum Sanctum Doctorem, & Scotum non eſt demonſtratio, ſed aut tantum ſophiſtica, aut tantum probabilis: dicebat n Præceptor Simonettus Reuerendus, cuius anima requieſcat in pace: q̃ quidam præſumtuoſus uult rationem Ariſt. tenere de firma: inquiẽs Ariſto. loqui de intellectione ſucceſſiua, ut arguatur ſic. Intelligere Dei eſt cum ſucceſſione, ergo cum labore, ſed antecedens non eſt Ariſtotelis in textu, quia philoſophus non querit, an Deus intelligat plura obiecta: ſed an intelligat ſe ipſum, ponit. n. ibi unicum intelligere, & unicum intellectum, ideò nullam ſucceſſionem poſſibile eſt, ibi inuenire: Dicamus ergo cum Scoto, & Thoma, qui dicunt ratio-

nem

nem philoſophi probabilem tantum, ut ipſe met Philoſophus innuit in textu, Scotus tamen in 2°. d. pri. q prima ſic demonſtrat cõcluſionem philoſophi omne per se agens agit propter finem maior aſſumpta ſecundum Auerroim 12. meth. 18. uera eſt etiam de Agente naturali minor de se patet, quia ſi Deus nõ eſt agens per se, ergo non eſt primum agens probatur conſequentia, quoniam ſecundum Philoſophum 2°. phiſicorum. 56. omne agens per accidens reducitur ad agens per se: Tunc ſic omne agens propter finem, aut cognoſcit finem, aut dirigitur à cognoſcente finem, ſecundum ponitur propter Auerroim. 12. meth. 18. ubi dicit opus naturæ, in opus intelligentiæ, igitur Deus cognoſcit finem, ꝗ eſt propoſitum: aut dirigitur à fine, quod eſt impoſſibile, quoniam tunc Deus non eſſet primũ agens: Item arguit Sanctus Doctor in ſumma cõtra gentes cap. 44. Deus eſt optimus, igitur habet ſummam operationem, ſumma operatio eſt intelligere, ut dicit Phũs 3°. de anima 38. igitur Deus intelligit, sed tu fac difficultatem, & dic quid ſit perfectior operatio de mente Scoti, ân intelligere, an uelle. Quod Deus intelligat tantum se, probatur, quia intelligit tantum optimum, sed tantum optimum eſt unum, quod eſt Deus, igitur intelligit tantum se: Item intellectio uariatur ad uariationem obiectorũ intelligere propter turpia eſt uile: intellectio Dei non uariatur, igitur nõ eſt circa alia à se.

¶ Quod Deus non intelligit in proprio genere, quod habet intelligi, nec motiue, nec terminatiuæ, quia tunc ſua intellectio depẽderet: & eſt fundamentum philoſophi, quod Deus nihil intelligit extrà se: uel ſi aliquid intelligit solũ intelligit in uniuerſali, ut exponit Commentator 12 meth. 37. & inde de somno, & uigilia, inquit Commentator declaratum eſt in pª. philoſophia, ꝗ iſtæ intelligentiæ

tiæ abſtractæ intelligunt naturam uniuerſalem, & non dant, niſi ſimile eius quod habet, impoſſibile eſt, ꝙ dent intentionem indiuidualem omnino, cum non habeant naturam comprehendendi intentionem particularem, & illæ formæ particulares non indiuiduantur, niſi per materiam: hæc Auerrois *ibi. tunc arguo ſic.* Si Deus *intelligeret ſingularia contingentia: aut intelligeret ipſa in uniuerſali, aut in particulari, non in uniuerſali, quia iſta cognitio eſt confuſa, quæ non conuenit* Deo*: ſi in particulari cum iſta ſint infinita, tunc daretur infinitum in actu, quod negat* Philoſophus *3°. phis. &* Deus *intelligeret infinita: utrunq; conſequens eſt falſum, de p°. patet, de 2°. probatur, quia ꝙ ſcitur ſcientijs ſcientia comprehenditur, quod autem ſic comprehenditur finitur ergo infinitum eſſet finitum, quod eſt contradictio: Ad fundamentum philoſophorum: dico ꝙ ſi dicat philoſophus* Deum *nihil intelligere extrà ſe, hoc habet intelligere motiue, & terminatiue ab ipſis rebus, ſic ꝙ ipſe res moueant intellectum diuinum, et per ſe terminent intellectionem diuinam.* Et *per hoc reſpondetur ad primum membrum iſtius rationis philoſophorum, ꝙ cognitio in uniuerſali, eſt confuſa, uerum eſt, ubi intellectio eſt per motionem ipſarum rerum, aut earum per ſe terminationem: ſed ſecundum* Theologos Deus *intelligit unum quodq; diſtincte, & in particulari, & etiam ſecundum* Philoſophos *per eſſentiam propriā, & hoc eſt quod habet* Auerrois *diſp. 10.d.3°.ſ. deum ignorare particularia, modo inferente defectum. ſ. ꝙ eius intellectio ſit per motionem, ſeu per terminationem ipſorum ſingularium: &* Conciliator *differentia. 157. inquit, cum ipſe ſit ſummum bonum de cuius ratione ſit fore ſui diffuſiuum, ac communicatiuum: aliter*

bonum erit minimæ summæ: neq; propter hoc cum ſit quid diui-niſſimum, & honoratiſſimum methaph. 12. hoc tranſmutatur in dignius intelligendo eſſentiam cum ipſæ non intelligat actualiter extrà: ſed intelligens ſeipſum intelligit omnia, cum omnia relu-ceant in ipſo: ut in cauſa, non.n cōtemplatur ipſa, prout ſunt ma-terialia, & uilia: uerum modo nobiliori, & altiori quo intelligit ſe talium cauſam exiſtere: Quo quidem modo ſcientia etiam ui-liſſimorū aīalium, et abominatorū apud ſenſum nobilis redditur, et decora: unde de partibus p°. in nōgratioſis ad ſenſum, ſecūdū Teoriā, ſimiliter, & ideò Meſuæ ſanat solus lāgores Deus: hæc oīa Cōciliator ibi. Et ad probationē ſecundi membri dictæ ratio-nis, ꝙ Deus intelligeret infinita conceditur conſequens, & con-ſequentia, & cum dicis patet de p°. conſequente. ſ. ꝙ eſt contrà Ariſtotilem phis. 3°. ſ. ꝙ detur infinitum in actu: Ad hoc dico, ꝙ in illo 3°. phis. rationes Ariſtot. improbantes infinitum in actu, et preſertim in multitudine non ſunt demoſtratiuæ: ut ipſemet fa-tetur. t. c. 4. inquit. n. rationabiliter quidem igitur his ſpeculanti bus ex, huiuſmodi uidebitur, &c. quem modum loquendi habet quando facit tantum probabiles rationes, & ꝙ ſit uerum Grego-rius tenet in p°. d. 42. 3 & 4. q. pª. infinitum in multitudine a-ctu dari, quia rationes philoſophi non demonſtrant: & arguo ſic, ꝙ detur infinitum in actu in multitudine In uia Ariſt. Mundus eſt æternus, ergo infiniti dies tranſierunt per caſum poſitum, er-go infiniti dies tranſierunt per caſum poſitum, ergo animæ ſunt infinitæ. ſ. ponendo, ꝙ Deus quolibet die producat unam animam, ergo datur infinitum actu in multitudine contra Ariſt. Poſſum etiam dicere infinitum in multitudine actu dari non eſſe contra ip-

ſum in

ſum in 3º. phiſ. quia Ariſtoteles loquitur, ꝙ non datur infinitum in multitudine actu quæ multitudo eſt ſpecies quantitatis quæ fit ex cõtinuo diuiſibili in partes eiuſdẽ proportionis nõ cõmunicãtes: & non de multitudine tranſcendentali quæ eſt ſpecies traſcendentalis qua ens diuiditur in unum, & multa: sed tu dic an ly unum, quod diudit ens ſit paſſio ipſius, uel non, dic ut te docuit Reuerẽdus Præceptor Barges cui multum debeo, ſuper 5 & 6. cõmẽto: 10. methaph. & erunt omnia clara, & dic etiam, quod habet Tartaretus in ſuo pº. meth.

¶ SED poſtq̃ datur infinitum in multitudine actu, an per potentiam diuinam poſſit dari infinitum in magnitudine. i. an detur magnitudo actu infinita: Dico ſecundum Franciſcum in pri. d 44 q. x. & Gregorius in pº. d. 44 q 4ª. & in 2º. d pª q 3. & Bacco d. pª. 2ª. q. 7. expreſſe tenent, ꝙ Deus poſſit facere unum corpus actu infinitum. Ocham in 2º. q. 7. & quolibeto 2º. q 5. declinat ad opinionem Scoti, qui tenet partem negatiuam, & dicunt illi doctores, ꝙ tale corpus non eſſet figuratum, nec mobile quia tales paſſiones, ſunt corporis finiti: Sed contra iſtos eſt ratio Ariſt. 6. phiſ 18. pº. cœli 33 34. & 39. ꝙ tale corpus eſſet immobile, quia ſi tale poſſet moueri, tunc motus infinitus eſſet in tempore finito, quod eſt inconueniens: Dicit Gregorius ꝙ tale poſſet moueri giratiue, & non rectè: Sed præceptor Reuerendus Iacobinus Barges, ſic reſpondet, ꝙ corpus infinitum poſſet moueri: & ad rationem ſic dicit, ꝙ motus infinitus ex infinitate partiũ ſumptarum ex parte ſpacij nõ poteſt eſſe in tempore finito, sed motus infinitus ex infinitate partium mobilis, bene poteſt eſſe in tempore finito, niſi diceres ꝙ repugnat ſibi ab extrinſeco, quid occurret

paret omnem locum, & hæc reſponſio Præceptoris: Contrà ueſrò modum Gregorij arguit Ariſtot. p°. cœli 39. ſex rationibus, ꝙ corpus infinitũ nõ poſſit moueri circulariter: uide ibi omnino: Ad iſtud ſecundũ Ariſt. dicunt iſti, ꝙ poteſt moueri per potentiã diuinã: Sed quæ mens ſit Scoti, dico, ꝙ Scotus in 2° d. p^a. q. 3^a. tenet, ꝙ nõ. & ille eſt locus ad quẽ confugiunt Scotiſtæ pro opinione Scoti habenda: ſed dices contrà Scotus in 4°. d 47. q. p^a ar. 3°. ibi dat quattuor modos dicendi; quomodo in die Iudicij fiet in notitia ſcientia meritorum, & in quarto modo, q uidetur modus Scoti dicit, ꝙ Deus in intellectu cuiuſcunq; ſimul creabit actus diſtinctos, & intellectiones diſtinctas omnium perſonarum, & omnium meritorum, & omnium demeritorum, ergo uidetur, ꝙ Deus ſimul cauſet infinita in actu. 2°. arguitur ſic, in 3°. d. 14. q 2°., uult ꝙ anima Chriſti recipiat infinitas uiſiones, & infinitas ſpecies infinitorum obiectorum à Deo creatas, ergo Deus poteſt facere infinitum in actu in multitudine: Ad iſta Reſpondetur, & p°. ad p^m. dicitur, ꝙ uerum eſt, quod habet actus diſtinctos cõcipiendi perſonarum meritorum, & demeritorum, ſed negatur, ꝙ illa obiecta ſint infinita, quoniã oĩa iſta obiecta ſimul ſumpta ſunt finita numero, & conſequenter illi actus nõ ſunt infiniti. Ad ſecundũ, ipſemet Scotus ſatis facit in illo loco: ubi habet iſta uerba formalia, poteſt dici, ꝙ iſta concluſio poſſet poni duobus modis: uno mõ, ꝙ aĩa Chriſti haberet unam uiſionem reſpectu uerbi, ut primi obiecti, & omnium obiectorum ſecundariorum relucentiũ in uerbo, atq; obiecta ſecũdaria haberẽt reſpectus diffinitionis, nec ſequeretur infinitas actus fundantis huiuſmodi reſpectus, q nõ eſſent, niſi in potentia, & iſto modo nulla ponitur infinitas in actu.

Alio

Alio modo poſſet poni, ꝙ reſpectu cuiuſcunq; obiecti, eſt propria uiſio. Ita ꝙ eſſent ſimul infinite uiſiones receptæ in anima à uerbo cauſante, & ſecundũ iſtã uiã oportet ponere aliqua infinita, ꝙ uidetur contradicere multis authoritatibus philoſophorũ, & ſanctorũ: hæc Scotus pondera uerba ſua, & habebis ſolutionem, ut uides Doctor adheret p°. modo, dicendi, quia dicit. iſtũ ſecundũ modũ repugnare multis authoritatibus philoſophorũ, et Sanctorũ. Secundo aũt conſequente illato ſ ꝙ aũt ſic comprehenditur finitur, dico totã iſtã multitudinẽ terminari, & finiri, dupliciter põt intelligi, uno mõ ſecundũ se, alio mõ per actũ compræhenſiuum ipſius Dei: ſi intelligas p°. modo, nego conſequentiam iſtã: Deus intelligit ſcientia cõpræhenſiua, totam multitudinẽ, ergo iſta multitudo eſt finita in se. ſi aũt intelligis ſecũdo mõ, uidelicet ad actũ compræhenſiuũ diuinũ ſic, uidelicet, ꝙ extrà illũ nihil ſit: iſtius multitudinis, concedo iſto modo: nã ſicut dicitur 3°. phy. totũ eſt cuius nihil eſt extrà: Ita dico ꝙ tota multitudo eſt cõpræhẽſa, itaꝙ extrà illum actum nihil eſt iſtius multitudinis, unde ſi arguas eſt finita in actu compræhenſiue, ergo finita, nego conſequentiam, quia arguis ad secundum quid ad ſimpliciter, & ſic patet ſolutio: Ad rationem, dico ergo Deum intelligere se, & alia non tamen extrà se, neq; motiue, neq; terminatiue, sed tantum per ſuam eſſentiam, ex hoc, & ex illo, ꝙ habet Scotus in 39. primi, reſpondẽdo ad Authoritates Sanctorum quæ uidentur ſonare oĩa eſſe preſentia eternitati, intelligende ſunt de preſentia in ratione cognoſcibilis, & nõ tantũ cognoſcibilis quaſi cognitione abſtractiua, ſicut roſa nõ exiſtens eſt preſens intellectui meo per ſpeciem, hæc Scotus: Vnde ex ſupradictis, & ex iſta authoritate Doctoris elicio, iſtam concluſionem

cluſionem

cluſionem, ſcilicet, ꝙ Deus per ſuam eſſentiam tantum ſeiſum intuitiue cognoſcit; q̃ eſſentia, et Deus idẽ ſunt, & ideo se ipſum in propria ſua exiſtentia cognoſcit in eſſentia: omnia uerò alia à ſe cognoſcit abſtractiuè in eſſentia ſua, & non in propria earum exiſtentia, & ideò dicitur cognoſci abſtractiuè: sed non eodem modo, quo cognoſcit intellectus noſter: quia ſic cognoſci abſtractiuè dicit imperfectionem: quia ſemper in repreſentante talia obiecta habent eſſe diminuta, & imperfectiori modo continetur in repreſentante, quàm in ſeipſis, non ſic in eſſentia diuina, sed nobiliori modo habent eſſe ibi, quàm in se ipſis, & eminentiori modo cõtinentur ibi, quàm in se ipſis, & iſto modo cognoſcere abſtractiuè non dicit imperfectionem: ſententia eſt Auerrois diſp 3ª. d. 18. ſ. ꝙ talia obiecta nobiliori modo continentur ibi, quàm in se ipſis. et ſi quis dicat intelligere abſtractiuè, dicit imperfectionem: uerum eſt intelligendo eo modo, quo intelligit intellectus noſter, puta per aliquod repreſantans, in quo obiectum habet eſſe diminutum. Potes etiam tenere, ut communiter tenent Theologi omnes: ꝙ cognoſcat omnia intuitiuè, & non abſtractiuè per illam diffinitionẽ tã à Scoto in pº.d.2ª.par.2ª.q pri.et inquolibetis q.13.unde cognoſcere intuitiue eſt cognoſcere rem, seu eſſentiã rei in propria ſua exiſtentia, uel in aliquo eminentiori modo continente, quàm ſit in se ipſo: Sed Deus nobiliori modo in eſſentia ſua continet oĩa, quàm in se ipſis contineantur res, ergo omnia intuitiuè cognoſcit: quia et ſi non cognoſcat in proprio genere, tamen cognoſcit illa nobiliori modo, quia in eſſentia ſua, & hoc ſufficit pro iſta difficultate.

¶ ALIA propoſitio declaranda de mẽte Philoſophi quæ eſt 3ª. q̃ ſua intellectio eſt ſua ſubſtantia probatur ſic: da oppoſitum

tum, ergo Deus non eſſet per ſe honorabilis, neq; optimus: patet quia Deus eſt honorabilis, & optimus per ſuum intelligere: ſed per te intelligere Dei eſt aliud à Deo, ergo ſecundum te Deus eſt honorabilis per aliud conſequens impoſſibile. ergo & antecedens: Item arguit Scotus, omne recipiens aliud à ſe eſt in potentia, ad illud per te Deus recipit intelligere; ꝙ eſt aliud à ſe, ergo eſt in potentia ad ſuum intelligere concluſio falſiſſima, ergo altera premiſſarum nõ maior, ergo minor, igitur 3ª. concluſio eſt neceſſaria. Vltima propoſitio declaranda eſt iſta, intelligere Dei eſt ſine ſucceſſione, probatur à Diuo Thoma, contrà gentes cap. 57. Deus intelligit omnia ſimul, ergo ſine ſucceſſione. ſecundo ſic in eſſentia Dei non eſt ſucceſſio, ergo neq; in ſua intellectione: patet conſequentia, quia ſua intellectio eſt ſua ſubſtãtia per rationes nũc factas: Item ſi Deus intelligit cum ſucceſſione, ergo dum intelligit eſt in potentia conſequentia de ſe patet, et conſequens impoſſibile. His declaratis concludo de mente philoſophi Deum intelligere, & ſcire. 2º. tantum ſe, & non aliquid extrà ſe, modo iam declarato. 3º. ſuam intellectionem eſſe ſuam ſubſtantiam. 4º. omnia unico actu ſine ſucceſſione intelligere.

Quod Deus ſit Trinus, & unus, lex noſtra teſtatur: Vnde Auerrois diſſ. 5. d 3º. inquit hæc eſt opinio Chriſtianorũ in hoc uidelicet, in eo ꝙ ponunt tres perſonas, ipſi.n. putant eas eſſe denominationes additas ſuper ſubſtantiam, imò apud eos multiplicantur in diffinitione, & ſunt multe in potentia, & non in actu: ſimiliter dicunt, ꝙ ſunt tres, & unum. ſ. unum in actu, & tres in potentia: ſed uidetur ꝙ Auerrois falſum imponat nobis Chriſtianis, nos.n. non ponimus ꝙ Deus ſit unum realiter, & tres; ſecundum

dum rationem: imò uolumus ꝙ *tres perſonæ realiter, & actualiter diſtinguantur*: Dico ꝙ Auerrois ignorat opinionem *noſtram cum non ſit apud alios ualde famoſa, niſi apud* Chriſtianos, *uel forte* Auerrois, *uult* ꝙ *ille tres perſonæ per cōparationē ad eſſentiam: ut ſic ſunt unum in re, ſed inter ſe comparatæ ſunt realiter diſtinctæ, non abſoluta diſtintione, ſed relatiua: quia pater conſtituitur in eſſe per generationem, & filius generatur à patre, & ſpiritus ſanctus, ſpiratur à patre, & filio, & ſic dicit*: Ex pa*tre filioq́; procedit, qui ſimiliter adoratur, & cum glorificatur*: Sed *dic tu illud generare per quod pater conſtituitur in eſſe in illo primo inſtanti naturæ, cui primo competit, & dic reſponſionem omnium* Theologorum, *& impugna ipſam per illud, quod habet* Scotus in 4. *q. quolibet, & dic quomodo filius non generatur de eſſentia, ut quaſi materia, ut* Henricus *tenet, ſed ut de forma, ut* Scotus *tenet contrà ipſum in* 5ª. *d.* pⁱ. *q.* pª. *& dic etiam pro iſta difficultate,* ꝙ *habet in* 8ª. *pi. ut ſcis.* Quod *ſit* Miſericors Algazel. *d.* 5ª. *du.* 4º. ꝙ *ipſe* Deus *ſit pri. principium: ſubſtantia unum intelligens, intellectus, agens, creator, uolens, potens, uiuū, cupiens, delectans, delectabilis, bonū, & pura ueritas: poſtea inquit, & quando dicunt bonum intendunt dicere, quod omnia ab eo influūtur pura miſeratione non premiali intentione, neq́; modo indigentiæ: imò ſua ſumma bonitate, & inquit* Auerrois *diſp.* 4ª. *d.* pº. *& ideò, quia opinati ſunt philoſophi eſt actus agentis, & quòd mundus non ſuſtentatur, ſine motu: dicunt* ꝙ *agens motus eſt agens mundi: ſed mundus, ut inquit* Auerrois *diſp* pª. *d* xi. *inquit ipſe,* ꝙ *philoſophi reſpondent,* ꝙ *probatum eſt demonſtratiuæ,* ꝙ *mundus ex quinque corporibus componitur, uidelicet, ex*

corpore

corpore ſuper cœleſti, quod nõ eſt graue, neq; leue, et quattuor corporibus elemẽtantibus, quorũ quoddã eſt graue abſolute, ut terra quæ centrũ eſt oĩum orbium: & quoddã leue abſolute, ut ignis: & cauſa grauitatis terræ eſt, quia à maxima diſtantia eſt à motu orbium: & per cõtrariam cauſam, ignis eſt in ſumma leuitate, & quia alia duo elementa interpoſita ſunt, inter terram, & ignem mixta exiſtunt de duabus prædictis naturis: dic etiam quomodo quodlibet determinat ſibi unam qualitatem in ſummo, & fac inſtantias, ut ſcis: & uide Conciliatorem differentia. 12. 13. 14. & inde: & Auerrois diſp. 3ª. d. 13. inquit, & declaratũ eſt cũ oẽs orbes moueantur diurno motu, ſeruantes ordines proprios motum ipſorum: ideò huius eſt ratio, & cum Deus benedictus precipit alia principia, ꝗ precipiunt alios orbes, ut moueãtur; & ab hoc precepto conſiſtunt cœli, & terra, ſicut ex precepto Regis, ſeu Principis in ciuitate obtinentur oĩa cætera poſteriora precepta ex regia parte ibidẽ cõmiſſa, & Auer. diſp. 4ª. d. pº. inquit. Si n. actio eius ceſſaret uno momento, uidelicet, quod motus non moueret totus Mundus deſtrueretur: & ideò quia eſt Miſericors ſemper mouet, licet non effectiuè, sed ut amatum, & deſideratũ, ut intelligibile, & appetibile, ut Phũs. 12. metha. 36. & inde, ut perfectio ſua nõ perficiens, sed proueniens ex perfectione cõmunicetur iſtis inferioribus, ut habet Scotus 48. quarti. q. 2ª. Item in ſuis diſputationibus, & in 2º. de anima 34. in fine, inqt: et ĩ economica. Sollicitudo diuina cũ nõ potuerit facere aĩal permanere secũdũ indiuiduũ Miſertus eſt in dãdo ei uirtutẽ, quæ poteſt in ſpẽ permanere: quare ſuper 2º. cœli, et mundi cõmento 21 ante medium corpora cœleſtia, & uniuerſaliter diuina ſunt nobiliora his

D de hoc

de hoc, uide Conciliatorem differentia cẽteſima prima: ſed Auerrois diſp. 6. d. 6. inquit, dicimus nos, ꝙ loqui de ipſius Dei glorioſi ſcientia, tã de ſe, quã de alijs entibus, nõ licet, imò prohibetur manifeſtè à legibus noſtris, ſ. non modo dialetico, ſeu topicali, ſed etiam ſophiſticali, & maxime ponere in libris, qui ad manus cuiuſlibet peruenient: & quia uulgus, ut manifeſtum eſt comprahendere taliũ ueritatem, nequit ipſorũ ruditate, ſubtilitateq; rerũ; & ideò ut inquit Auerrois in prohemio 3[i]. phiſicorum, ꝙ fides uulgi fortior eſt quã fides philoſophorum: quoniam uulgus nõ aſſueuit aliud audire. Philoſophi aũt audiunt multa, & ideò quãdo diſputatio, & conſideratio conſequens eſt omnibus corrumpitur fides uulgi, & ideò quedam leges prohibent diſputare, & in principio illius prohemij eiuſdẽ 3[i]. inqt conſuetudo, ſicut dixit Ariſt. in 2°. meth. t. c. 15. eſt maxima cauſa impediens à pluribus rebus manifeſtis per ſe: quemadmodũ.n. cũ homo fuerit aſſuetus ad aliquas actiones licet noceant illi erunt faciles illi, & credunt ꝙ ſint utiles: ſimiliter cũ fuerit aſſuetus credere ſermones falſos à pueritia erit illa conſuetudo cauſa ad negãdum uerũ manifeſtũ, ſicut q̃dã cũ uſitati ſunt comedere uenenum intantũ, ꝑ erat eis cibus, et in eadẽ diſp. prædicta, dubio prædicto Cõmentator inquit. Vnde ſimile eſt de propoſitis dubijs cum uulgis: & ideò ſẽper decet dare, id quod cõpetit ſuæ naturæ: ſed ſcias, ꝙ hic homo fatuus fuit, quãtũ ad hoc: credit.n. oẽs leges, eſſe datas ab hoĩbus: ut Auicẽna dicit in. x. metaph: ſuæ cap. 2°. & credit, ꝙ legis lator debet aſpicere inclinationem populorũ prouinciæ, & ſecundũ eã ponere leges, ſicut fecit Mahomettus qui uidens ſaracenos maximè inclinatos ad coitũ conceſſit eis uxores innumerabiles, & multa mirabilia, quæ narrantur

ranitur in libro ſui ordinis, qui dicitur Alcoranus, & in hoc mẽ-
titur hic homo, imò apparet propter hoc legẽ noſtrã nõ potuiſſe eſſe
niſi ex Deo, in qua lege precipitur paupertas, caſtitas, & obediẽ-
tia: Vnde Scotus in prologo pⁱ. ſententiarũ. q. 2ª. inquit, quid paga-
ni pro Idolatria ſua adducent colentes opera manuũ ſuarũ in qui-
bus nihil eſt numinis, ſicut ſatis oſtendunt Philoſophi, quid ſara-
ceni uiliſſimi porci Mahometti diſcipuli pro ſuis ſcripturis allega-
bunt expectantes pro beatitudine, q̃ porcis conuenit. ſ. gulã & coi-
tũ quã promiſſionem deſpiciens, Phũs qui fuit quaſi illius ſectæ,
Auicenna 9º. methaph. cap. 7º. alium finem, quaſi perfectiorem,
& homini magis congruentẽ aſſerit dicens: Lex noſtra quã dedit
Mahomettus oſtendit diſpoſitionẽ fœlicitatis, & miſeriæ, quæ
ſunt ſecundum corpus, & eſt alia promiſſio, quæ apprehenditur
intellectu, & ſequitur ibi ſapientibus magis cupiditas fuit ad con-
ſequendũ hãc fœlicitatẽ, quàm corporũ, quæ quamuis daretur eis
non tamẽ adtennunt, nec appretiati ſunt, eã comparatione fœlicitati,
quæ eſt cõiunctio primæ ueritati, hæc Scotus: Et iſte Mahomet-
tus erat Epilenticus: Vnde Scotus in 4º. d. 45. q. 2ª. inquit, aliud
de dicto Cõmentatoris 3º. de aĩa uidentur figmenta: nõ. n. in som-
no uidentur, quia aĩa recedit à corpore in operando, ut ab obiecto
tunc. n quanto somnus profundior, tanto magis talia uidentur: hoc
aũt falſum eſt, quia somnia nõ accidunt in somno profundiſſimo,
sed in somno tenui. Tunc. n. Epilentici regulàriter uiderẽt uerã
à ſpiritibus illis: unde iſtud fundamentũ uidetur eſſe acceptũ ex
fictionibus Mahometti, qui dicitur fuiſſe Epilẽticus, & ad coope-
riendũ mendaciter miſeriã ſuam, dixi se oportere cadere, quando
Angelus loquebatur ſibi, et secundũ illã fictionẽ eius: Auicẽna re-

ueréter loqués de lege ſua, fingit in 9. meth. Tales abſtractiones à ſenſu, ut fiat reuelatio ab Angelis: Nos aũt Chriſtiani nõ dicimus aliquẽ in sõno, uel extaſi aliqua uidere, niſi ſit ibi aliqua cauſa poſitiua, utpotè, quod Deus tunc intellectus eius immutet. de congruo aũt magis, tunc diſponitur per amotionẽ impedimenti, q. ſi nõ eſt diſtractus circa alia obiecta, & uehemens occupatio circa aliud obiectũ impedit intenſe operari circa iſtud: imò magis uidetur miraculũ, quod in sõno reueletur ueritas, quàm in uigilia in intellectu nõ nimis intento circa ſenſibilia, quia naturale eſt, quod in uigilia homo habeat uſum rationis, in somno aũt non: hæc Scotus ibi: sed in prologo primi ſententiarũ q. preallegata, inquit ipſe, ſi obijcitur de permanentia sectè Mahometti: Reſpondeo illa incepit pluſquã Sexcentum Annis, poſt legem Chriſti, & in breui, Deo cooperãte finietur, quia multum debilitata eſt Anno Chriſti M. CCC. & eius cultores multi mortui, & plurimi sunt fugati, & profetia dicitur eſſe apud eos, ꝙ cito finienda eſt secta illa. Vltimo inquit Algazel diſp. 14. d. 3°. patet ergo ex iſtis, ꝙ philoſophorum opinio, in hoc propoſito pura fantaſia fuit: Vnde dicimus, ꝙ regni cœlorũ, arcana nobis sunt ignota, & omni humano generi, niſi Profetis, & Sanctis: & Auerrois eadem diſp. dub. eodem, inquit: sed concedẽdũ eſt ſecundũ ueritatem, quod humanus intellectus, ualde deficit in ratione, uel cauſis naturaliũ rerũ, maximè in illis altioribus, & ſublimibus corporibus, quorũ neſcimus quantitates, & eſſe earum ſubſtantiarũ totaliter ignoramus: Ideò clariſſima luminum lux, qua omnes aliæ illuſtrantur, ut me tutum ab oĩ errore in iſta Animaſtica ſubſequenti quæſtione ducas, et quæ mihi in ea dubia sunt clariſſimæ eluceſcãt quæſo.

 Griphoni

GRIPHONI MACILENTI VICTORIENSIS:

Quæſtiones, an Anima intellectiua ſit forma ſpecifica hominis informans corpus humanum: an ſit corruptibilis, uel incorruptibilis: & an perpetuo remaneat extra corpus.

AVerrois.d. 3ª. d. 18. inqt: Quare ratio eſt, ꝙ ꝗlibet litigans ducat ſui cõtrarij obiectiones acerrimas? ut patet de se, ad defendendũ de cuntis obſtaculis faciẽdis. Sicut philoſophus conſuetus eſt in oĩbus ſuis libris: & diſp. 2°. dub. 2°. circa finẽ inquit, eſt ualde bonum audire, & ſpeculari rationes duarum partiũ in quacũq; quæſtione ſit. maximè quando partes ſunt prudentes, uel famoſe, ꝙ ſint: sed quia intendo de mente philoſophi, iſtas tres propoſitiones ſecũdũ ꝙ Scotus D. ſubtilis in 4°. diſt 43 q. 2ª. diſputat declarare ſecũdũ ſuã opinionẽ, ponendo opinionem Aucrrois; & aliorum philoſophorũ, ut eis rationabiliter uideatur aduerſari. Prima propoſitio eſt iſta: Vtrum anima intellectiua ſit forma ſpecifica hominis. i. utrum ſit forma in formans corpus humanum ei unita per informationem. Secunda, utrum anima intellectiua ſit immortalis. Tertia, utrũ remaneat perpetuo extrà corpus. Quantùm ad primam propoſitionẽ, dico, ꝙ eſt una opinio tributa Platoni, & eſt Auicẽnæ, & Alex. ut eis atribuit ſimplicius. 8. phiſicorũ, dicunt iſti, ꝙ forma phiſica. seu naturalis, eſt duplex quæ

dam quæ cum materia facit unum per ſe, ſic, ꝙ informat materiã & ipſam perficit in ratione actus primi, ut quædam eius perfectio quædamq; cum materia facit unum per ſe, non unitate compoſitionis, ut præcedens, nec unitur materiæ ut prima eius perfectio, ſed facit unum cum materia unitate ordinis, & unitur ei in ratione principij operatiui, quantum ad eius primam operationem quæ eſt ſibi eſſentialis, & iſti ponũt duas animas in homine, & dicũt ꝙ ſenſitiua informat materiam hominis rationalis, uero anima tãtum dat operationem ſ. principium mouendi, & intellectionẽ, & iſta opinio atribuitur Platoni in Alcibiade: quia dicit, ꝙ homo eſt anima rationalis utens corpore: Et iſta opinio tribuitur à diuo Thoma, Auerroi 2°. contra gentiles, & pª. parte queſt. 73. & 16. opuſculo, & ſic animæ cœleſtes putantur aſſiſtere orbibus: et uidetur dictum philoſophi 2°. de anima t. comenti 21 ubi habet de intellectu autẽ, & per ſpectiua potentia, ſed uidetur alterum genus animæ eſſe: Sciendum eſt, ꝙ omnes doctores digladiantur inter ſe, quomodo res reponuntur in prædicamento, prima opinio eſt ipſius Ocham, qui dicit, ꝙ omnia, tàm finita, q̃; infinita ſunt in predicamento, & ſic Deus, & intelligentiæ ſunt in predicamẽto. Alia eſt opinio extrema Cõmẽtatoris in uniuerſalibus cap. de ſpecie, ꝙ genus generaliſſimũ in predicamẽto ſubſtãtiæ, eſt corpus, et inq̃t: Et ſimiliter ſecũdũ illũ, ꝙ uidet, ꝙ id, ꝙ intẽditur in predicamẽtis eſt cõputatio uniuerſaliũ rerũ ſenſibiliũ erit genus generũ corpus, et ſic ſecundũ Auer. Deus neq; intelligẽtiæ sũt in predicamẽto. Alia eſt opinio media, et recitatur à Cõmentatore, ibidẽ, ꝙ ſubſtantiæ abſtractẽ ſint in predicamento genus generaliſſimũ eſt ſubſtantia, & ſic dico, ꝙ doctor ſubtilis Scotus tenet omnes

ſubſtantias

ſubſtantias abſtractas præter primam eſſe in predicamēto, quùm prima ſit uirtutis infinite modo ſecundum ipſum ſola entia finita, limitata in complexa primæ intentionis uniuocè accepta ſunt in predicamento.

EST etiam ſciendum, ꝙ opinio Cōmentatoris eſt, ꝙ intellectus humanus eſt quædam natura, & quiditas intellectualis ſubſiſtens continens omnem perfectionem, tàm exparte indiuidui, quàm exparte ſpeciei quæ poteſt ipſi competere nullo modo determinabilis, & contrahibilis ad plura indiuidua, eo mō quo quodlibet in materiale ſimpliciter abſtractum eſt in plurificabile, ſecūdum Ariſt. Vnde ſi eſt hæc, & ſingularis non eſt per aliquam realitatem ſibi aduenientem: ſed de ſe eo modo, quo poneret Ariſt. quamlibet intelligentiam eſſe hanc, & ſingularē, & implurificabilem totam naturam ſpeciei continentem & ex alio declaratur, q a ſicut conceptus obiectiuus in ſe roſe in intellectu ſpecificus eſt tota natura roſæ. Simpliciter adequans ipſam naturā roſæ, quia aliter talis conceptus diceret partem ſpeciei roſæ. ſic intellectus eſt talis natura totalis animæ intellectiue ſimpliciter implurificabilis: Dico ergo, ꝙ anima intellectiua, eſt quædam ſubſtantia ſpiritualis omnino abſtracta à materia per ſe ſubſiſtens, ut dictum eſt. in qua intellectus agens in ratione principij actiui reſpicit intellectum poſſibilem pro adequato paſſiuo, quæ anima intellectiua, licet non ſit forma informans corpus humanum nō poteſt tamen eſſe ſine corpore humano, adeò, ꝙ ſi per impoſſibile deſtrueretur tota ſpecies humana non eſſet anima intellectiua. Anima uerò intellectiua, ſecundum Auerroim, componitur ex intellectu agente, & poſſibili, quæ duo non ſunt partes eſſentiales a-

nimæ

nimæ: ſed potentiales: ita ꝙ ſunt duæ potentiæ edem, tamen realiter cum ſubſtãtia animæ intellectiuæ, & hoc apparet ex cõmentu 20. 3ⁱ. de anima, inquit.n. Commentator qui intuetur intellectum materialem, cum intellectu agẽte apparebit eſſe duo uno modo, & unum alio modo: ſunt.n. duo per diuerſitatẽ actionis eorum, actio.n. intellectus agentis, eſt generare iſtius autem informari: ſunt autem unum quia intellectus materialis perficitur per agentem, & intelligit ipſum, patet hic Cõmentator non dicit hic intellectum agentem, & poſſibilem eſſe duo in eſſe: ſed in operari, dico, ꝙ plures philoſophi concordant de intellectu agente in hoc, ꝙ intellectus agens eſt quædam natura ſubſiſtens, & in plurificabilis quæ facit potentiam intellecta actu intellecta, & hoc eſt ꝙ inquit Commentator 18. 3ⁱ. de anima intellectum, trãsferre intentiones de ordine in ordinẽ: ideſt de eſſe materiali, & ſignato ad eſſe ſimpliciter, & ſpirituale, ſed de intellectu poſſibili diſſentiunt philoſophi, & de iſto ſunt quinq; opiniones. Prima eſt Alexandri, cui Auerrois imponit intellectum poſſibilem eſſe generabilẽ & corruptibilem ad multiplicationem corporum humanorum, & talis ſecũdum eum, eſt quædam præparatio: ideſt aptitudo ad recipiendum formas ſimpliciter proueniens ex determinata complexione, & melius dixit Alexander, qui tenuit animam eſſe ſubſtãtiam, quã Galenus, qui dixit eſſe temperaturã, & opinio Galeni fuit opinio Democriti, ut habetur pº. de anima, ꝙ anima eſt armonia, ideſt temperatura facta ex miſcibilibus: Vnde dico, ꝙ Galenus errauit in principijs, & in rudimentis philoſophiæ naturalis, quia aliquando dicit eſſe temperiem totius corporis, aliquãdo calorem innatum, aliquando dicit eſſe ſubſtantiam cum Platone: unde

ne: unde ipſe adheret ſantentiæ ipſius Hip. 6. Epidimiarum, & eſt falſum eius dictum, ꝙ anima ſit corpus: Dicit.n. ꝙ anima eſt calor naturalis, ideſt ſpiritus generatus ex puriori, parte ſanguinis dum conquoquitur, quia dicit anima inflammatur morbo, & abſumit corpus, ideſt ſpiritus inflammatus abſumit corpus: Vnde pª. Aphoriſmorum, in aphoriſ. illo, qui creſcunt plurimũ caloris innatũ habẽt: ubi dicit, ꝙ calor naturalis eſt aĩa: Et opinio iſta, eſt opinio Criſippi in pº. de anima, ut recitatur ab ipſo Galeno in 3º. de Decretis Hipocratis, & Platonis, cũ de partium eius principatu agere inceperit coneturq; ibi probare originem ipſius in corde: duntaxat contineri, ita ſcriptum reliquit. Anima eſt ſpiritus nobis innatus per totum corpus, quo ad uitæ in eo habilitas extiterit diffuſus, ac permeans: & tamẽ ibi impugnat talẽ opinionem: idem dicit Hipocrates 6. de morbis uulgaribus, ubi dicit, ꝙ atra bilis facit morbum comitialem, uel apoplexiam cum recipitur in mentem: ꝙ dictum exponens Galenus 3º. de locis affectibus cap. 5. dixit, ꝙ Hipo. per mentem intelligit temperaturam, uel tranſmutationem temperature, & ſic fuit dubius de ſubſtantia animæ, de ſubſtantia uirtutum naturalium fetetur se ingnorare animam. Vnde dico, ꝙ anima non eſt corpus, ut Hip. inquit loco citato probatur ex argumento Ioannis Grammatici, ꝙ adducit diuus Thomas 2ª. contra gentiles: pº quia duo corpora non poſſunt eſſe ſimul in eodem loco: sed aĩa ſemper eſt in eodẽ loco cũ corpore, ergo non eſt corpus: Et ꝙ non ſit accidens, ut inquit Galenus in locis citatis, patet per Ariſtotelem pº. de anima, ipſam eſſe ſubſtantiam, quia principium ſubſtantiæ, eſt ſubſtantia, uel in recto, uel obliquo; & Galenus in libro de uſu reſpirationis,

dicit animam rationalem eſſe temperaturã, ubi dicit animi mores ſequũtur ipſam, & non intellexit diſpoſitionem ad animam ſicut inquit conciliator: ſed in libro de ſubſtantia uirtutum naturalium fatetur ſeipſe Galenus ignorare animam ergo relinquitur, ꝙ ſit forma, & ita dixit Ariſto. ꝙ actus eſt endelechia, ideſt perfectio habentis: ſed cum anima ſit forma ſubſtantialis dubitatur nunquid uirtutes, ſeu potentiæ deſtinguãtur ab eſſentia ipſius animæ quæ ſunt tres: ut inquit Galenus in libro de uirtutibus noſtrum corpus diſpenſantibus: in fine, idem dicit in 2°. pronoſticorum commento. 6. & eſt opinio Platonis, & Auicennæ in p^a. primi, doctrina. 6. ꝙ tres ſunt uirtutes operatiue, & ſpiritus .ſ. uitalis, naturalis, & animalis, & dicit Auicenna loco prædicto, apud medicos, & notanter dicit apud medicos, quia uidetur, ꝙ Ariſt. in 2° de anima, tantum poſuerit duas uirtutes.ſ. naturalis, & animalis, eandem fere ſententiam uidetur habere Galenus in 5. de ſinptomatum cauſis, quùm dicit, quædam ſunt accidentia pertinentia ad animam, quædam uerò ad naturam, & nullam facit mentionem de uitali uirtute, quidquid dixerit Galenus. dico ꝙ Ariſtoteles non fuit ita fatuus, ꝙ ipſe non poſuerit uirtutem uitalem: ſed non poſuit eam realiter diſtinctam à naturali: ſicut Plato. Vnde in 2°. de anima dixit, uita eſt nutritio, & uiuere eſt nutriri: ecce ꝙ Ariſto. poſuit eam, ſed non realiter diſtinctam, ſed Plato in 3°. de decretis Hipocratis, & Platonis ante medium, ꝙ ſunt tres animæ, ſeu uirtutes realiter diſtinctæ: ſed quomõ tres animæ conſtituant. unum, ſoluant ipſi: ſed quia philoſophus tenet, ꝙ ſedes animæ eſt cor, & eſt tantum una tamen potentiæ ipſius ſunt in cerebro, & in epate, quibus cerebrũ

& epar

& epar exercent ſuas operationes: & ſenſus communis, ſecũdum phũm eſt in corde, & etiam ſenſus tactus actualiter, uiſus, auditus, & odoratus, eſt in corde radicaliter: actualiter in capite, quia ibi per uirtutes à corde manifeſtant ſuas operationes: ſed opinio Galeni eſt, ꝙ ſenſus cõmunis ſit in cerebro in pª. parte primi uentriculi, & tenet, ꝙ ſenſus, & motus ſint per neruos à cerebro, & non à corde, & ſic ſomnus eſt paſſio cerebri, & non cordis, quia inquit ipſe, ꝙ non inuenit aliquem neruũ à corde, ad cerebrum quo mediante cor ſentiat: igitur Galenus arguit contra Ariſto. ſic, Si ſenſus comunis eſſent in corde in frenetico non deberemus epittimare caput, sed cor, ut inquit Galenus in 4°. de morborum cauſis, ſed epittimamus caput, ergo ſenſus comunis eſt in capite, & non in corde. Ad hoc reſpondetur pro Ariſtotele, ꝙ cerebrum contra operatur ipſi cordi ſua frigiditate, & ideò epittimamus caput, ut magis contra operetur ipſi cordi, & aliquando cor unguento nenufarino, quo utitur ferrarie, & ponitur acordonio, ut pluries uidi in actu pratico. Et aduerte, ꝙ ſpiritus animalis, & naturalis, nũquam poſſet facere ſuas operationes puta mouere membra motu uoluntario, neq; poſſet fieri nutricatio membri ſine ſpiritu uitali, qui eſt comunis ad omnes operationes: ſed quia phũs 2°. & 3°. de anima uidetur uelle, ꝙ eſſentia animæ non diſtinguatur à potentijs: Arguit Galenus contra ipſum ſic. Si anima eſſet in corde, & potentiæ in cerebro, & epate, ergo potentiæ diſtinguerentur realiter ab eſſentia. Ad hoc reſpondeo, & dico, ꝙ licet potentiæ ſint aliæ ſecundum eſſe ab eſſentia, ſicut lux à ſole: tamen quia continue dependent ab eſſentia, & ſecundũ eſſe, & conſeruari non diſtinguuntur realiter ab eſſentia animæ:

ſed opinio Platonis, Hipocrates, & Galeni fuit, quod ſint tres animæ realiter diſtinctæ, ut rationalis cum ſua potentia eſt in cerebro, & uitalis in corde cum ſua uirtute: naturalis in epate cum ſua facultate, ſeu potentia: unde pes exercet ſuas operationes naturales non per potentiam animæ naturalis, quia illa eſt in epate, ſicut ſua eſſentia: ſed exercet operationes naturales per ſpiritum naturalem genitum in epate de mandatum ad membrum, tanquàm per inſtrumentum eſſentiale ad operationes naturales exercendas: ita dicatur de anima rationali quæ eſt cum ſua potētia in cerebro: tamen in cerebro producitur ſpiritus animalis qui demandatur per neruos: mediante motu naturali ipſius cerebri ad mēbrum ad exercendum motum uoluntarium illius membri, tanquā per inſtrumentum eſſentiale, & non per potentiam: ſicut dicit Ariſto. ita dicatur de anima concupiſcibili, ſiue uitali; quæ eſt in corde cum ſua potentia. Vnde princeps Auicenna in pª. primi doctrina. 6: ponens opinionem philoſophi, inquit, quod eſſentia animæ eſt in corde, igitur cor eſt principium omnium iſtarum uirtutum, iſte operationes non poſſunt maniſeſtari in corde, quia ut rectè ait Auerrois in 2º. colliget, quod cor eſt potentia faciens omnes operationes, non omnes in actu, quia impoſſibile fuit ipſum organizari ad omnes operationes particularium uirtutum: & ideò maniſeſtatio earum exiſtit in cerebro, & in epate: & in alijs. ſ. in iſtis exiſtit principium maniſeſtationis talis operationis. Et probando ſuam opinionem princeps Auicenna in pª. primi, doctrina 6. arguit contra Galenum, & Platonem, ſic: Sicut tu Plato quod ponis principium ſentiendi ipſum cerebrum, & etiam motus uoluntarij, & tamen ipſe non mouetur motu uoluntario, & tamen

cerebrũ eſt principiũ ſentiẽdi, iſta tamẽ operatio manifeſtatur in alijs mẽbris: ut puta in pede exercet motũ uoluntariũ, tanq̃ per inſtrumentum debitum: ſic dicit phũs, ꝙ oẽs uirtutes ſunt in corde, & fundantur in corde, ut in minera inſtrumentaliter, tamen, & manifeſte ſtatiue, ſiue ſecundario uirtutis naturalis eſt epar, & animalis cerebrum. Vnde medici ſic arguunt contra phiũm: læſo cerebro læditur eius operatio, ergo cerebrum eſt principium uirtutis animalis, & non cor. Ad hoc reſpondetur à principe loco citato: ꝙ eſt principium iſtrumentale; per ꝙ apparet operatio uirtutis exiſtentis in corde: unde in alijs membris tantum manifeſtantur operationes uirtutis exiſtentis in corde: ita ꝙ ille ſunt in alijs membris manifeſtatiue. Sed hic poſſet eſſe dubium, an accidens cauſet ſubſtantiã, & uidetur, ꝙ ſic, ut patet de forma ſubſtantiali, & qualitate conſequente eã, ꝙ illa qualitas ſequatur formam ſubſtantialem generantis, & tamen aliqua mõ ſit cauſa formæ ſubſtantiales ipſius geniti: licet ergo forma ſubſtantialis, & qualitas propria, ſecundum genus ſuum habeant ordinem. quia forma ſubſtantialis eſt prior, non tamem quælibet forma ſubſtantialis qualibet qualitate eſt prior: quia forma ſubſtantialis geniti non precedit qualitatem generantis: ut patet de igne generante alium ignem: quia caliditas ipſius ignis precedit formam ſubſtantialem ignis geniti. & confirmatur per illud philoſophi, 9. metha. cap. 7. t. commenti 13. de potentia, & actu, ubi uult ꝙ actus ſimpliciter precedit potentiam tempore, & tamen in eodem potentia precedit actum tempore. Reſpondeo, ꝙ quælibet ſubſtantia eiuſdem ſpeciei precedit qualitatem quãlibet eo modo, quo ſubſtantia ſecundum totum genus ſuum precedit qualitatem ſecũdũ

genus

genus ſuum. ſ. diffinitione cognitione, & tempore. hoc eſt ſepa-rabilitate quantum eſt ex ſe, & ſic tripliciter ſubſtãtia geniti precedit qualitatem generantis, ſed non tempore. i. temporali, uel actuali duratione extrà cauſam, nec ſic intelligit philo̅s, ut ſupponitur. Et cum dicitur qualitatem generantis precedere ſubſtantiam geniti, ut cauſa effectum, falſum eſt, ſed ſolum huiuſmodi qualitas eſt cauſa qualitatis diſponentis ad formam ſubſtantialem, & pro tanto dicitur, quodamodo eſſe cauſa geniti, & authoritas philoſophi, licet ſit ualde extenſiua non eſt ad propoſitum, quia actus qui eſt prior omni potentia, non eſt aliquis actus materialis: ſed ſimpliciter in materialis, qui eſt Deus glorioſus, ut patet ibidem in capitulo, ratio autem procedit de illo actu, qui poſterior eſt ſecũdum genus ſuum totum, ipſa potentia receptiua, ſic, uidelicet, ꝙ quælibet materia precedit quemlibet materialem.

¶ ET ꝙ *dicat Auerrois, Alex. dixiſſe intellectum poſſibilem eſſe preparationem quãdam in natura humana, ad intellectũ agentem, & ad intelligibilia, intellexit Alex. præparationem iſtã eſſe potentiam intellectiuam, quæ eſt in anima ad intelligibilia, & ideò eam dixit eſſe uirtutem in corpore, non, quia talis potentia habeat organum corporale: ſed quia eſt uirtus informans corpus, & nõ propter id quod adducit Auer. in impugnatione ſuæ opinionis.*

¶ *Secunda opinio fuit Auẽpace. dicentis, Intellectum poſſibilem eſſe ipſam imaginatiuam, quæ ad præſentiam intellectus agẽtis poteſt recipere formas intentionales in eſſe ſimpliciter, ideſt repreſentãtes rem in eſſe abſtracto. iſtã opinionẽ reprobat cõmẽtator.*

¶ *Tertia eſt opinio Theophraſti, & Temiſtij, & multorũ Peripateticorum, quàm Cõmentator recitat, & cõmendat inter*

alias

alias dicens, ꝙ omnes Peripatetici in hoc cõueniunt intellectũ poſsibilem, & agentem eſſe quaſdam uirtutes abſtractas conſtituẽtes intellectum ſpeculatiuum in actu, quo actu ſpeculamur, & iſte intellectus ſpeculatiuus fit actu pars noſtra, quùm peruentum eſt ad annos diſcretionis, tunc intellectus unitur nobis uirtualiter agendo in fantaſmata noſtra, donec intelligimus per intellectum ſpeculatiuum, qui eſt conſtitutus ex intellectu agente, & poſſibili, qui intellectus ſpeculatiuus ab æterno habet omnia intellecta in actu, hãc opinionem in hoc Auerroes cõmendat, ꝙ ponit intellectum ſpeculatiuum continere duas uirtutes abſtractas. ſ. intellectum agentem & poſſibilem, quæ etiam appellantur duæ ſubſtantiæ abſtractæ, eo ꝙ tales uirtutes sunt eædem eſſentialiter, & ſunt identice ſubſtantiæ animæ: sed reprobat in hoc, ꝙ ponit intellectum agentem fieri partem in nobis, per hoc ꝙ agit in phantaſmata noſtra, & per hoc, ꝙ ponit intellectum poſſibilem ſemper habere omnia intellecta in actu, uide 3°. de anima commento 5°.

¶ Sed pro opinionem Commentatoris, eſſe quandã naturam, & quidditatem intellectualem ſubſiſtentem inplurificabilem, arguitur ex commento 5°. 3i. de anima. ſ. omne receptum recipitur in aliquo per modum recipientis, & ſecũdum naturam ipſius: sed intentiones ipſe, & res ad extrà recipiuntur in eſſe ſimpliciter quidditatiuo abſtracto ab eſſe indiuiduali, ꝙ eſſe eſt inplurificabile in intellectu poſſibili, ergo intellectus recipiens iſta erit inplurificabilis.

¶ Præterea Auerrois, uult, ꝙ res in eſſe obiectiue in intellectu non habet aliud eſſe ab intellectione, quæ eſt conceptus formalis intellectus. ulterius, ex hoc ſequitur, ꝙ ratio quæ adducitur ad

probandũ

probandum unitatem intellectus non concludit, ut patet. Reſpondendo, ꝙ eſt, ꝙ ſi intellectus plurificaretur in hominibus in cōceptibus obiectiuis, ſiue in intentionibus intellectis, ꝙ idē eſt apud ipſum eſſet proceſſus in infinitum, quia talis conceptus exēpli gratia naturæ roſæ in ſpecie quomō intellectus concipit roſam in ſpecie eſſent indiuiduati ad indiuiduationem ſubſtantiæ, & tunc ab uno, & ab alio poſſet abſtrai unus conceptus cōmunior, & ſic cōceptus roſæ obiectius ſpecificus eſſet plurificabilis in unitate ſpecifica hanc rationem ponit Cōmentator 3º. de anima, commento 5º. circa finem. Et iſta ratio tota, poteſt ſic formari. Si intellectus ſit natura ſignata, & plurificabilis, ſequitur, ꝙ oīs conceptus obiectius rei erit ſignatus, & plurificabilis conſequens, eſt falſum ergo, & antecedens, falſitas conſequentis, probatur, quia conceptus ſpeculatiuus hominis in te, et in me, aut eſt unus, aut duo. ſi unus habetur propoſitum: ſi duo ergo quilibet iſtorum conceptuum eſt conceptus partialis quiditatis, & naturæ hominis, & nullus totalis, & ita per nullum iſtorum concipitur natura hominis ſimpliciter, & adequate, sed solum pars, & tunc ab iſtis duobus conceptibus obiectiuis contingit abſtrahere conceptum uniuerſaliorē hoīnis, & ſimpliciorem hominis, & ſic res intellecta poterit habere rem intellectam in infinitum.

¶ Tertio arguitur anima rationalis eſt in materialis, ergo non poteſt multiplicari numero ſub eadem ſpecie, ꝙ uero ſequatur probo, quia ex oppoſito conſequentis, ſequitur oppoſitum antecedentis, quia ualet multiplicatur ſub eadē ſpecie numero, ergo eſt materialis, ut oſtenditur: & pº. auctoritate philoſophi pº. cœli, & 12. metha. ubi probat ꝙ non ſunt plures mundi plures, dico

eiuſdem

eiuſdem ſpeciei, hoc eſt dictum, ut elementa omnium eſſent eiuſdē ſpeciei, & corpora cœleſtia eiuſdem ſpeciei: inquit ergo Philoſophus: Si eſſent plures eſſent plura corpora eiuſdem ſpeciei, ita ꝙ eſſent plures ſoles eiuſdem ſpeciei, ꝙ eſt impoſſibile, quia ſicuti eſſent duo ſoles, ita duæ intelligentiæ eiuſdem ſpeciei, quia ſicut ſe habet totum ad totum, ita partes ad partes: ſed ſoles qui ſunt, ut totum ſunt eiuſdem ſpeciei, ergo, & intelligentiæ quæ ſunt, ut partes: ſed hoc eſt falſum, quia ſi eſſent duæ intelligentiæ eiuſdē speciei eſſent corruptibiles, & in ſeparabiles à materia, quia omnis multiplicatio prouenit à materia, ex quo autem intelligentia eſt in materialis, non poteſt multiplicari ſub eadem ſpecie, & ex cõſequenti anima rationalis eſt una, & in materialis, & non poteſt numero multiplicari, & confirmatur ex philoſopho 7°. metha. quia inquit cauſa multiplicationis eſt diuiſio materiæ: ideò philoſophus p°. cœli, dicit, ꝙ mundus conſtat ex tota ſui materia, & eſt perpetuus, ideò non poteſt multiplicari, & confirmatur per philoſophum 2°. de anima declarantē, cur data fuerit generatiua uirtus animalibus, inquit, ꝙ cum indiuidua eſſent corruptibilia, ut perpetuarentur in ſpecie, & idem dixit in libris economicorum, ubi dicit, naturam miſertam eſſe indiuiduorum, quia finis multiplicationis indiuiduorum eſt ut ipſa perpetuentur in ſpecie, ergo ſi eſt aliꝙ perpetuum indiuiduũ non erit neceſſaria eius multiplicatio, cum ergo anima rationalis ſit inmortalis, neceſſe eſt, ꝙ ſit una numero, & non multiplicetur.

¶ Contrà concluſionem Commentatoris oſtendo ipſius falſitatem, ꝙ intellectus eſt unus numero in omnibus argumentor p°. ſic, Si intellectus eſt unus numero in omnibus, aut unitas eius eſt

nitas ſpecifica præciſe; aut ultra unitatem ſpecificam habet unitatem numeralem, & incommunicabilem: Si p°. modo, ſic eſt quòdam uniuerſale predicabile de pluribus differentibus numero, & cum ſpecies per ſe p°. referatur ad indiuidua, non ſolum in ſecundis intentionibus, ſed etiam in primis; quia nihil unum poteſt eſſe ſic predicabile, niſi habeat naturam cõmunicabilem pluribus igitur oportet illa eſſe quibus iſta natura eſt cõmunicabilis, igitur ſi ĩtellectus eſt unus ſpecie dabitur unus numeraliter. quod ſi cõceditur, ſequitur contrà Auerroim, ꝙ intellectus erit indiuiduatus, & tunc indiuidualiter recipiet, & ſic cõueniet cũ materia prima quod eſt contra ipſum 3°. de anima commento 5°.

¶ Secundo, ꝙ non ſit ſubſtantia ſubſiſtens, oſtendo ex parte actionis: nulla operatio inmanens recipitur indiſtincto ſuppoſito ab operante, intellectio eſt operatio inmanens, & eſt propria operatio hominis, ergo nõ poteſt recipi in aliquo eſſentialiter, & ſuppoſitaliter ab homine: diſtinguitur autem ſuppoſitaliter, ſecundum poſitionem Auerrois, ergo. maior probatur ex diuiſione operationis in manentis, & tranſeuntis: quæ habetur 9. metha. t. c. 16. & dic quomodo actio tranſiens recipitur in agente, & quomodo non, & dic quomodo Ariſt. equiuocat in illa diuiſione, dic ut Scotus in: 13. q. quolibet. minor patet quantũ ad primã partem, & ſecunda pars, eſt Ariſt. p°. & 10. ethicorum: unde in 10. Ethicorum habet, ꝙ magis proprium eſt homini uiuere ſecundum intellectum, quàm ſecũdum corpus, & ꝙ uerius eſt homo ſecundum intellectum, quàm ſecundum corpus.

¶ Tertio arguitur ſic, Accipio hominem, ut unum per ſe cõſtitutum in ſpecie, aut tale includit intellectum, aut non, ſi ſic habetur

betur propoſitum. Si non igitur homo, ut eſt species non eſt animal rationale, contrà omnes philoſophantes, & contrà Porfirium in de uniuerſalibus; q uult ꝙ per rationale homo differat a brutis, & per mortale differat à dijs, ex quo uidetur, ꝙ rationalitas eſt de rõne hoĩs, ſecũdũ ꝙ homo. Sed ad hoc dicitur ꝙ hõ ſecũdũ ꝙ homo in eſſe perfecto, & cõpleto, nõ eſt per se in specie, qa nõ eſt unũ per se eo mõ quo cõpoſitũ ſubſtãtiale, aut cõpoſitũ ĩ genere, quod ẽ per se unũ ex genere, & differẽtia, qa utrũq; eſt ex potẽtia, et actu informante, non ſic in propoſito, homo tamen, ut eſt unus in tali unitate, quæ eſt unitas ordinis, aut agregationis, eſt animal rationale; ut autem eſt unus per se; tantum includit animam cogitatiuam. Contra diffinitio non competit rei quæ non eſt per se una, ut uult Ariſt. 7. metha. t. c. 16. ſed iſta eſt diffinitio hominis, ſecundum oẽs philoſophos animal rationale, prout rationale diſtinguitur contra totum genus ſenſitiue, ergo homo, ut ſic non erit unum per agregationem: præterea, homo, ut eſt unus per se habet aliquam diffinitionem, à qua diffinitione ſi ſecludatur rationale intellectuale, homo erit animal brutum, quod probatur, qa homo compoſitus ex corpore, & anima cogitatiua, eſt ſubſtantia per ſe exiſtens: per ipſum Auerroim. sed quælibet talis eſt per se in genere, ergo erit etiã in aliqua determinata ſpecie. tũc iſta natura specifica, aut erit rationalis, aut irrationalis, nõ rationalis per te, & eſt aliquod iſtorum, ergo irrationalis, & ſic uidetur poni in specie bruti. Et hoc eſt. quod inquit aqla illa ſubtiliſſima, Ioãnes Scotus Doctor ſubtilis, quæ nidum ſuum in arduis poſuit. 43. 4ⁱ. q. 2ª. nec breuiter inuenitur aliquis philoſophus notabilis, qui hoc neget, licet ille maledictus, Auerrois in fictione ſua 3°. de anima, quæ tamen non

eſt intelligibilis, nec ſibi, nec alijs ponat intellectum eſſe quadam ſubſtantiam ſeparatam mediantibus fantaſmatibus nobis coniungibilem, quàm coniunctionem, nec ipſe, nec aliquis ſequax eius adhuc potuit explicare: nec per illã coniunctionem ſaluare hominẽ intelligere: nam ſecundum ipſum homo formaliter non eſſet, niſi quoddam animal irrationale excellens, per quãdam tamen animam irrationalem, & ſenſitiuam excellentiorem alijs animalibus, & per hoc cogitatiua in homine, & in bruto diſtinguuntur ſpecie. Auerroiſte uolunt reſpondere, & dicunt, ꝙ non eſt irrationalis, quia eſt ordinabilis ad rationalitatem. Contra, quia nulla forma ſpecifica ultimata conſtituẽs aliquam naturam in eſſe ultimato ſpecifico eſt ordinabilis eſſentialiter ad aliam formam, quia à tali forma ſumitur differentia finalis, quæ eſt tota ſubſtantia rei, ſecundum Ariſt. 7°. metha.t. c. 43. ita ꝙ, quidquid illi aduenit preter illam formam eſt ei accidentale: ſed anima cogitatiua eſt ultima forma hominis conſtituens ipſum in ultimato eſſe ſpecifico, ergo anima intellectiua erit ei accidentalis, & per conſequens homo, ut homo non per ſe, & eſſentialiter ordinatur ad animam intellectiuam, quo dato ſequitur ulterius, ꝙ homini non repugnabit eſſe ſine anima intellectiua, ſicut non eſt repugnantia, ꝙ aliquis ſit ſine eo, ꝙ eſt extraneũ à quiditate eius conſequens tamen eſt falſum quia ſecundum Cõmentatorem, anima intellectiua non poteſt eſſe, abſq; indiuiduo ſpeciei humanæ, neq; e contra, non tantũ propter neceſſitatem, & animæ intellectiuæ in ſe: ſed etiam ex mutua coexigentia unius ad alterum: ideò uidetur de opinione omnium philoſophorum animam intellectiuam eſſe formam ſpecificam hominis ei unitã per informationem, & ideò Doctor ſubtilis in 4°.

diſt.

diſt. preallegata, inquit ipſe, & error ei oppoſitus, qui proprius eſt, & ſolius Auerrois *peximus eſt non tantum contra ueritatem* Theologiæ, *uerum etiam contra ueritatem philoſophiæ: deſtruit n. ſcientiam: quia omnis actus intelligendi, ut diſtinctos ab actibus ſentiendi, & omnes actus electionis, ut diſtinctos ab actibus appetitus ſenſitiui, & ita omnes uirtutes, quæ non generantur, ſine electionibus factis ſecundum rationem rectam, & per conſequẽs talis errans eſſet à comunitate hominum, & naturali ratione utentium exterminandus.*

¶ Item Ariſt. 12. *metha.* 37. *inquit unum numero non poteſt eſſe in pluribus, ergo anima intellectiua non poteſt eſſe in pluribus: confirmatur etiam per* Ariſto. 3°. *metha. qui dicit,* Si *duorum indiuiduorum eſt eadem forma numero eadem, numero erãt illa indiuidua, quia ratio numeralis ſumitur à forma.*

¶ Ad *fundamenta* Auerrois, *reſpondeo,* Ad *primum concedendo maiorem, & ad minorem dico, ꝙ ſpecies intelligibilis, ſeu intentio recepta ſubiectiuæ eſt ſingularis, obiectiuæ uerò, & repreſentatiuæ eſt uniuerſalis: & ſi quis replicaret contra quælibet ſpecies in ſenſu repreſentaret uniuerſale.* Reſpondet Doctor *ſubtilis* Scotus *in* 3ª *parte.* 3. *diſt.* pª. *q.* 6 *ubi loquitur. utrum in parte intellectiua propriè ſumpta ſit memoria proprie, ꝙ non eſt ſimile de ſpecie ſenſibili, & intelligibili, quia ſpecies ſenſibili, tam interior, quam exterior totaliter imprimitur ab obiecto ſenſibili in organo, tanquàm à cauſa adequata, tam potentiæ exterioris, quã interioris, ſequitur ꝙ repreſentabit ſingulare.* Contra *quælibet ſpecies impreſſa ab obiecto repreſentat ipſum, ſub ea ratione, ſub qua imprimitur ab eo, alioquin non eſſet uera ſpecies eius: ſed ſpe*

cies

cies per te quando imprimitur ab obiecto, imprimitur ab eo, ut ſingulare eſt, ergo ſpecies impreſſa à quocunq;,non poteſt repreſentare uniuerſale: Reſpondet Scotus ibi,ꝙ ſi maior illa intelligatur de ratione gignentis, falſa eſt. ſi de ratione gignendi concedi poteſt; & tunc non ſequitur, ꝙ repreſentet eum ſub ratione ſingularis: ſed ſub ratione naturæ, quæ ratio naturæ eſt ratio gignẽdi. ſed iſta reſponſio non uidetur ſufficere, quia ita uideretur, ꝙ ſpecies in ſenſu repreſentaret uniuerſale, & non ſingulare. quia ratio gignendi ſpeciem in ſenſu non eſt ſingularitas, ſed ratio naturæ. Ideò generaliter reſpondeo, ꝙ quando ſpecies gignitur ab aliquo ſicut à totali cauſa repreſentat ipſum ſub illa ratione, qua gignitur; loquendo de ratione gignendi, & etiam repreſentat ipſum concomitanter ſub ratione gignentis, aut ſaltem non ſub oppoſito modo rationi gingentis, & ideò ſpecies in ſenſu non repreſentat obiectum, ſub ratione uniuerſalis quæ eſt conditio oppoſita rationi gignentis: ſed in propoſito, obiectum non eſt cauſa totalis gignens reſpectu ſpeciei intelligibilis, quia cum ipſo agit intellectus agens. ſicut partialis cauſa: et ideò genitũ ab iſtis duabus cauſis, poteſt repreſentare obiectum ſub oppoſita ratione ſingularitatis, quæ eſt ratio gignendi.

¶ Sed pro reſponſione illius argumenti: Si res in eſſe obiectiuo in intellectu nõ habet aliud eſſe ab intellectione. Nota aliqua pro reſpõſione. Primo ꝙ dicit Sco. in p°. d.3.q.3. ꝙ primus terminus actionis intellectus agẽtis eſt uniuerſale in actu & precedit actualem intellectionem ipſius, & dic ꝙ in uia Scoti uniuerſale in actu fit ab intellectu agente: & reſponde ad auctoritatem Scoti in 2°. d.3.q.1.et hic ad propoſitũ aplica, qa illa auctoritas eſt male ĩtellecta, &

ſta, & ex malo intellectu ipſius multi tenuere de mente doctoris Subtilis, ꝙ uniuerſale cauſatur ab intellectu poſſibili, ꝙ eſt falſum. Et ſic dico ad illud, ꝙ res eſſe obiectiue in intellectu precedit actu tem intellectionem: Nota etiam pro responſione, ꝙ duplex eſt cōceptus formalis, & obiectiualis, conceptus formalis, ſeu ultimatus capitur dupliciter, pro respectu paſſiuo in obiecto derelicto ab intellectione ipſa qui eſt conceptio paſſiua, & iſte conceptus multiplicatur ad multiplicationem intellectionum. Alio modo conceptus formalis eſt, quo aliquid concipitur, & ſe ipſo formaliter repreſentat rem cuius eſt conceptus, & dicitur notanter ſe ipſo formaliter propter conceptus non ultimatos, qui non ſeipſis formaliter repreſentant res: sed mediantibus conceptibus ultimatis. Alius eſt obiectiuus, & eſt ipſum obiectum cōceptibile relucens in ſpecie intelligibili, ꝙ attingitur per intellectionem: dico ergo ad argumentum, ꝙ loquendo de cōceptu obiectiuo negatur, ꝙ iſte multiplicetur, quia ad multiplicationem intellectionum non oportet, ꝙ multiplicetur res concepta. Sed ipſa manens una, & eadem poteſt fundare plures respectus ad diuerſos intellectus, & diuerſas intellectiones: Exemplum, ſicut idem pater ad plures filios, & idē ſimile ad diuerſa ſimilia, & non oportet fundamentum multiplicari ad multiplicationem respectus: Si uerò loquamur de conceptu formali, dico, ꝙ multiplicato intellectu, multiplicatur iſte conceptus qui eſt ipſa intellectio: imò ſtante unitate intellectus multiplicatur intellectio de eodem obiecto pœnes diuerſa phantaſmata diuerſorum hominum: Et ſic dico ꝙ ab iſtis conceptibus formalibus poterit intellectus abſtrahere conceptum alium formalem, hoc eſt unam intellectionem comunem, in qua conueniret, utraq; intelle

ctio

ctio numeraliter diſtinta, quarum quælibet eſt eiuſdem rationis, et ratione potentiæ, & ratione obiecti, ꝙ concipitur.

¶ Sed hic poſſet aliquis dubitare utrum una notitia fiat ex alia: ad hoc dico, ꝙ ſunt duo modi dicendi quidam dicunt, ꝙ nulla notitia incomplexa fit ex alia, ꝙ probãt, quia hoc fieret per aliquam conſequentiam: sed conſequentia non eſt, niſi alicuius complexi ad complexum, puta premiſſe ad concluſionem: ideò notitia in complexa non poteſt fieri ex alia. Alius eſt modus dicendi uerior, ꝙ una notitia incomplexa fiat ex alia, quia aliqua eſt notitia incomplexa intellectiua, & illa non fit, niſi ex notitia ſenſitiua: priori igitur: aduerte tamen hoc ſanè eſt intelligendum: Nam notitia intellectiua quàm habeo de albedine non fit ex notitia ſenſitiua cauſaliter, ſic ꝙ ab ea cauſetur, sed ſolum fit ab ea miniſterialiter occaſionaliter, preſuppoſitiue tamen cum hoc ſtat, ꝙ notitia ſenſitiua albedinis poſſit partialiter cauſare notitiam intellectiuã ſui. dicitur ſecundo ꝙ una notitia incomplexa, fit ex alia incomplexa modo abſtractiuo, ut in conceptu albi qui indiſtincte repreſentat albedinem, & ſubſtantiam nõ diſcernendo inter ea, poſtea intellectus uidet, ꝙ illud mutatur in nigrũ, tũc percipit diuerſitatem. Et tunc ab illo conceptu confuſo abſtrahit conceptus ſimplices, quorum unus eſt albedinis diſtincte à ſubiecto, alius eſt ſubiecti diſtincti ab albedine: & ſic intellectus poteſt abſtrahere conceptus diſtintos à conceptibus confuſis: & ſi quis dicat an illæ cõceptus ſit complexus, uel incomplexus: dico ut Pariſienſis in logica p°. periermenias cap. ultimo, dubio p°. ꝙ intrinſice eſt in cõplexus, quia ſi eſſet complexus eſſet compoſitus ex conceptu diſtinto albedinis, & conceptu diſtincto ſubiecti, sed hoc non, quia

tales

tales non ſunt formati. Dicunt *etiam aliqui*, ꝙ *una notitia ſit ex alia elicitiuè: ut ex notitia ſenſitiua, quam habet ouis de lupo, elicit ſpeciem nimicitiæ*. Sed hoc nõ *eſt uerum, ut uidetur dicere Scotus in pri. diſtinc*. 3. *q. pri. nàm ſi eſſent duæ oues, quarum altera in omnibus accidentibus ſenſibilibus, puta colore, figura, ſitu, motu eſſet ſimilis lupo, utiq; altera fugeret illam, ſicut lupum. Et hoc prouenit ſolùm ex talibus accidentibus ſenſibilibus mouẽtibus appetitũ ſenſitiuũ ad ſic fugiẽdũ*. De notitia cõplexa. *nullus dubitat, quin una fiat ex alia, ſicut notitia adhæſiua conclusionis fit ex notitia adhæſiua præmiſſarum*. Dico ꝙ *cùm quælibet res mundi præter ſecundas intentiones proprijs paſſionibus ſignificent ſe ipſas naturaliter comuniter, dico* ꝙ *ex una notitia intellectiua poteſt fieri alia, quia quælibet poteſt mouere intellectũ ad formandum conceptum de ſeipſa, nõ in eo* ꝙ *ſpecies, ſed tunc habet uicem obiecti. De hijs ſatis. Et ſic patent reſponſiones ad argumenta pro fundamentis* Commentatoris. *Illud argumentum quùm dicit anima rationalis eſt inmaterialis, ergo non poteſt multiplicari numero*. Sanctus Doctor 2. *contra* Gentiles *dicit*, ꝙ *argumentum eſt difficile, & antecædens eſt falſum. ſ.* ꝙ *anima rationalis ſit in materialis: ſed dicit ipſam non eſſe in materialem, quia anima rationalis in ſui natura habet habitudinẽ, & inclinationem ad corpus. Vnde anima* Petri *habet inclinationem ita ad corpus* Petri, ꝙ *non poſſit eſſe pars* Platonis: *Et dicit*, ꝙ *talis inclinatio eſt, cur anima numero multiplicetur: quia hæc aĩa eſt hæc anima per inclinationem: & dicit eſſe in materialem. ſ. pro quãto non eſt educta de potentia materiæ*.

SED *ſiquis obijceret contra* Sanctum Doct. & *eſt obiectio*

Scoti 6. quolibet, ꝙ relatio ſingularis preſupponit fundamentum ſingulare: quomodo ergo, illa habitudo qùm ſit relatio, indiuiduat animam: qùm ſit poſterior anima, etiam præſupponit animam tanq̃ ſubiectum: Nullum autem prius habet eſſe per poſterius. Poſteriores inſectantes hanc uiam reſpondent reſponſione Auicennæ 5. naturalium, parte. 5. cap. 3. & 4. & dicunt, ꝙ re uera hæc anima non ſit hæc anima habitudine illa: ſed habitudo illa circũſcribit differentiam propriam animæ rationalis.

SED opinio hæc incidit cùm opinione Scoti in 3. diſt in 2. q. 7. qui dicit, ꝙ anima eſt indiuidua propria differentia, & hanc differentiam appellat Hæcebreitatem, qui eſt gradus nõ re diſtinctus à ſubſtantia animæ, ſed tantum ex natura rei. Et ꝙ talis diſtinctio ex natura rei non ſit figmentum dico, ꝙ eſt ipſius Philoſophi, & Commentatoris in 10. Metha. t. commen. 7. Vbi inquit Auerrois manifeſtum eſt, ꝙ unum in quolibet genere eſt alia natura ſimpliciter naturæ illius generis, & unum non eſt natura alicuius corũ. ſ. unũ uniuerſale Hæc ille. Et inqt Doctor ſubtilis, ꝙ omnis natura producta ex ſe eſt comunis, & habet ſuam unitatem ſibi correſpondentẽ, & ex ſe non eſt hæc, & una numero: Sed ſolùm denominatiuè, & per accidens, & probatur: quia non poſſet intellectus intelligere ipſam ſub oppoſito, niſi intelligeret obiectum ſuum ſub ratione intelligendi repugnante rationi talis obiecti.

THomiſtæ dicunt, ꝙ uniuerſali nil comune correſpondet, niſi illa conformitas ſingularium. Tunc replico contrà ipſos. Cõformitas illa eſt relatio, quæ fundatur ſuper unum, quia relatio primi modi. Quæro igitur in quo fundatur? Non in illis ſingularibus,

laribus, quia tunc non fundaretur ſuper unum, quod eſt contrà Phyloſophum in prædicamẽtis cap. ad aliquid. & contrà Phyloſophum 5. metha. tex. non habente Cõmentum. Oportet ergo, ꝙ fundetur ſuper unum, & illud unum non erit accidens, probo, quia omnia ſingularia eſſent conformia in accidente: ergo erit ſubſtantia: et illa erit illa natura, quæ eſt una, & comunis oĩbus.

SEcundò probo ꝙ natura ex ſe non eſt hæc, & arguo ſic. Illud, quod ineſt alicui ex natura ſua, per ſe ineſt ei in quocunq́; fuerit illud. Sed per te natura lapidis de ſe & per ſe eſt hæc, ergo in quocũq; erit illa natura, erit hæc, Et ſic quicunq́; lapis erit hic non uagus, ſed hic lapis ſignatus, quod tamen eſt impoſſibile. Sed quia maior propoſitio uidetur dubia, ideo eius ueritatem oſtendo eſſe ſecundi modi, Pro quo noto (ex pri. Poſteriorum) hæc eſt conditio ſecundi modi per ſe, ꝙ in ſubiecto ſit cauſa eſſendi prædicati: ut dicendo Homo eſt riſibilis, riſibilitas habet cauſam eſſendi in ſubiecto: quùm ergo aliquod ineſt ex ſe, & per ſe alicui naturæ, ergo in natura habebit cauſam ſui eſſe. Tunc ſic, ſi eſſe hic ineſt naturæ alicui, puta lapidi, tunc eſſe hic habebit cauſam intrinſecam in natura lapidis, & ſic patet, ꝙ talis propoſitio erit in ſecundo modo per ſe, & tunc ſemper in tali natura inerit.

DIcit n. illa maior in quocunq́;. Aduerſarij reſpõdent ad hoc, ideo probo illam pàrticulam, ſic demonſtrando. Nã illud per per ſe ineſt ergo neceſſario ineſt, ergo inſeparabiliter ineſt ergo de primo ad ultimum in quocunq; ineſt. Occham reſpondet ad iſtam maiorem, dicit ergo ꝙ aliquid conuenire alicui, intelligitur dupliciter: Primo ſicut forma ineſt materiæ. Secũdo modo per methaphoram, ſicut dicimus, ꝙ prædicatum ineſt ſubiecto, illa maior

Scoti eſt uera de primo modo ineſſendi, non tamẽ de ſecundo modo ineſſendi. Exemplum dico homo eſt ſpecies: hoc prædicatum dicitur ineſſe ſubiecto ex ſe, & tamen non ualet, in quocunq; erit homo, erit ſpecies. Nam homo erit in ſingularibus & tamen ſpecies non erit in ſingularibus. Ad hoc reſpondeo, ꝙ Scotus faciens huiuſmodi argumentum in 3. diſt. 2. q. pri. ſic intelligit. Illud quod ineſt alicui ab intrinſeco. modo hoc prædicatum ſpecies non ineſt homini ab intrinſeco, quia non conuenit ſingularibus: & ſic licet conueniat ei ex ſe, non tamẽ ab intrinſeco. Et ſic dico, ꝙ natura ex ſe eſt communis & una: & unitas iſta, eſt unitas naturæ ſecundũ ſe, quæ quidem unitas eſt propria paſſio ipſius naturæ. Et eſt minor unitate numerali, & maior unitate ſpecifica, & eſt realis, & ſecundum iſtam unitatem propriam naturæ, natura eſt indifferens ad unitatem ſingularem. Nõ ergo de ſe eſt ſic una unitate illa. ſ. unitate ſingularitatis, & hoc poteſt aliqualiter uideri per dictum Auicennæ quinto Methaphiſices, ubi uult, ꝙ equinitas eſt tantum equinitas, nec eſt ex ſe una unitate numerali, nec plures pluralitate ſibi oppoſita, nec uniuerſalis, nec particularis: nec in aĩa nec extra animam licet nunq̃ ſit realiter ſine aliquo iſtorum. tamen de ſe nõ eſt aliquod iſtorum, ſed eſt prius natura quodlibet iſtorum, & ſecundum iſtam prioritatem naturalem eſt quod quid eſt, & obiectum per ſe intellectus. Et iſto modo propoſitiones primi modi ſunt ueræ ratione quidditatis ſic acceptæ. Vnde iſta duo eſſe, ꝙ eſt eſſe uninerſale, & ſingulare competunt ipſi naturæ per accidens, & per aliquod extrinſecum: ſingularitati.n coniungitur à generante: uniuerſalitati autem ab intellectu agente: & licet tali naturæ, quæ communis eſt per indifferentiam quantem eſt ex

ſe non

ſe non repugnet determinari per quancunq; differentiã indiuidualem etiam aliam ab illa per quã determinatur: tamen ſibi ſimpliciter repugnat: puta ex parte differentiæ indiuidualis ſibi idẽ realiter identificatæ. Noto etiam ꝙ duplex eſt indeterminatio naturæ: Vna eſt indeterminatio priuatiua: alia eſt poſitiua: indeterminatio priuatiua eſt ſecundum quã natura non eſt determinata: ſed eſt apta nata determinari: & iſto modo dicimus, ꝙ natura ex ſua ratione formali non eſt determinata ad ſingularitatẽ: ſibi tamẽ ex ſua rõe formali nõ repugnat determinari. Cõſimilẽ indeterminationem ponimus in ipſa natura reſpectu uniuerſalitatis: Secunda indeterminatio principalis, quam habet ipſa natura, dicitur indeterminatio poſitiua, & contraria determinationi ſingularitatis, quæ indeterminatio eſt talis, ꝙ natura non tantum non eſt determinata per ſingularitatẽ: uerum etiam habet eſſe abſtractum omnino à qualibet ſingularitate uirtute intellectus agentis: & iſtud eſſe abſtractum à quolibet ſingulari appellatur indeterminatio poſitiua, et cõtraria, determinationi ſingularitatis quæ indeterminatio de neceſſitate requiritur ad hoc ꝙ ipſa natura ſit uniuerſalis in actu: ex quo ſequitur ꝙ prima indeterminatio quæ eſt priuatiua nõ ſufficit ad hoc ꝙ natura dicatur uniuerſale in actu, ſed cũ illa reqritur ſecunda, quæ eſt poſitiua. Eſt ergo in re talis natura cõis & non eſt de ſe hæc & per conſequens ei de ſe nõ repugnat eſſe nõ hæc, ſed tale commune non eſt uniuerſale in actu, quia deficit ei illa in differentia ſecundum quam completiuè uniuerſale eſt uniuerſale ſecundum quam ſcilicet ipſum idem aliqua identitate eſt prædicabile de quolibet indiuiduo ita ꝙ quodlibet ſit ipſum. Et probatur per Ariſt. ñº. Meth communem habere ſuam unitatẽ

realem.

realē minorē unitate numerali, quia inquit in quinto metha.textu non habente cōmentum illa ſunt ſimilia quorum qualitas eſt una, ꝙ non intelligat de unitate numerali patet, qa oportet, ꝙ ſint duo adhoc ꝙ ſint ſimilia: neq; intelligit de unitate ſpecifica, quia talis eſt tantum perintellectum, ſed nullo intellectu conſiderante adhuc ſunt ſimilia, ergo datur iſta unitas quia illa ſunt ſimilia quorum qualitas eſt una.ſ. unitate naturæ, & non numerali, neq; ſpecifica. Et dicit Scotus in 3. diſt. 2. q.pri. ꝙ quærēda eſt cauſa uniuerſalitatis, non tamen quærenda eſt cauſa communitatis alia ab ipſa natura, & poſita communitate in ipſa natura ſecundum propriam entitatem, & unitatem, neceſſariò oportet quærere cauſam ſingularitatis quæ ſuperaddit aliquid illi naturæ cuius eſt. Et ſcias ꝙ unum ſingulare differt ab alio intrinſecè per aliquod poſitiuum, ut puta per differentiam indiuidualem. & illud poſitiuum eſt per ſe cauſa indiuiduationis: & per indiuiduationem intelligo iſtam indiuiſibilitatem, ſiue repugnantiam ad diuiſibilitatem: & eſt ens contrahens aliquod communicabile ad eſſe hoc & incommunicabile. Et tales differentiæ indiuiduales ſunt ſimiles differentijs ſpecificis, & diſſimiles: Vnde dicit Scotus in 2. diſt. 3. q. 6. & in pri.diſt. 3. q. 3. Ens non prædicatur per ſe primo modo de differentijs ultimis: diſtinguit Scotus de differentijs, ꝙ aliqua pōt ſumi à parte eſſentiali ultima, quæ eſt res, et natura. & iſto mōdifferētiæ ultimæ includunt, ens quidditatiuè: uel differētia ultima ſumitur ab ultima realitate, ſeu perfectionē realitatis naturæ, et ſic eſt ſimpliciter ſimplex: & non includit ens qdditatiuè: qa importat conceptum ſimpliciter ſimplicem. ſed ad hoc iſta realitas indiuidui eſt ſimilis realitati ſpecificæ: qa indiſt quaſi actus determinans hoc

illam realitatem ſpeciei, quaſi poſſibilē, & potentialē, ſed quoad hoc diſſimilis,quia iſta nunq̄ ſumitur à forma addita: ſed præcisè ab ultima realitate formæ. quoad aliud eſt etiam diſſimile. quia illa realitas ſpecifica conſtituit compoſitum cuius eſt pars in eſſe q̄d ditatiuo,quia ipſa eſt entitas quædam quidditatiua: iſta autem entitas indiuidui eſt pri.diuerſa ab omni entitate quidditatiua. Ideo omnis realitas ſpecifica conſtituit in eſſe formali,quia in eſſe quidditatiuo, & realitas indiuidui conſtituit præcisè in eſſe materiali: hoc eſt in eſſe contracto. Dico ergo ꝙ cum anima fiat hæc per differentiam propriam indiuidualem, quæ differentia appellatur materia, quia reponit animam in eſſe ſingulari, & cum illa differentia materialis ſit, ideo anima materialis, & ita antecedens eſt falſum, ꝙ anima ſit immaterialis.

SED aliqui replicant contra iſtas oppiniones dicentes, ꝙ ſunt nugæ primo,quia inquiunt iſti periret ratio Ariſt. pri. cœli, Vbi probat ꝙ non poſſunt eſſe plures mundi quia eſſent plures ſoles, & ſic plures primi mouentes: ſed non poſſunt eſſe plures formæ eiuſdem ſpeciei,quia eſſent materiales ergo dicant nobis quomodo Ariſt.intelligat materiales, an ꝙ deductæ ſint ex potentia materiæ, & hoc clarum eſt, quòd non ſequitur. Probant ēt per authoritatem Ariſt. 7. Metaphiſices, ꝙ generans generat alium propter materiam. Callias inquit, & ſortes ſunt diuerſa quidem propter materiam, ergo non propter illam differentiam indiuidualem,quam fignit ſibi Scotus. Præterea Philoſophus 7. Methaphiſices, capite de partibus diffinitionis, non eſt idem quodquid eſt,cum eo cuius eſt,ſed omnia naturalia concipiuntur cum materia pri. phiſicorum, & 6. Methaphiſices, ergo in talibus non eſt

realē

idem. In his quæ ſunt ſine materia idem eſt quodquid eſt cum eo cuius eſt 7. methap. Item 3 de anima dicitur ꝙ aliud eſt magnitudo, & magnitudinis eſſe, caro, & carnis eſſe. Vnde dicunt iſti ꝙ repugnat ratione quidditatis omnino. hoc pōt poni prima ratio indiuiduandi: quare materia non eſt pars quidditatis ergo &c.

SED pro reſponſione ad iſta noto aliqua. Nam ſicut forma poteſt dupliciter ſumi, ſic & materia. Nam materia, & forma opponuntur relatiuè, 2. Phyſicorū. & quot modis dicitur unū oppoſitorum tot modis dicitur & reliquum, pri. Topicorū. Forma aūt ſumitur dupliciter, uel pro forma informante, ut anima hominis: uel pro forma totius, quæ non eſt forma informans: ſed eſt forma, quæ eſt quidditatiuè tale, ut humanitas: & eſt forma totius. Similiter materia uno modo dicitur. quæ correſpondet formæ partis & ſic materia eſt pars eſſentialis compoſiti faciens cum forma unum ens per ſe de genere ſubſtantiæ. Alio modo dicitur, quæ cōreſpondet formæ totius contrahēs ipſam quidditatem ad eſſe hæc: & hæc proprietas indiuidualis eſt quæ cum natura ſpecifica conſtituit indiuiduum per ſe unum. Noto etiam quòd quædam habēt quodquid eſt primo, & per ſe, ut homo: & quelibet ſpecies compoſita naturalis, & iſtis ſpeciebus quidditas per nihil aduenit eis: ſed indiuiduis aduenit per ſpecies, & hoc eſt habere aliquid primo, ex primo poſteriorum. Quædam habēt quod quid eſt per ſe, ſed non primo: ut hoc abſtrahens ab exiſtentia, & tempore, & tale indiuiduum eſt per ſe in genere: quia non includit res diuerſorum generum, & habet quodquid eſt per ſe: quia nihil includit tollens per ſe unitatem entis, ſed non primo: quia qdditatem habet per alium. i. per ſpeciem, quam participat: quædam habent quodquid

quodquid eſt non primo nec per ſe, ſed per accidẽs: ut hoc exiſtẽs, & ens in tempore: nam tale indiuiduum includit aliquod accidens & extrà quidditatis rationem puta exiſtẽtiam, & eſſe in tempore, & alias conditiones materiales, quæ tollunt per ſe unitatem entis. Et quod dicunt iſti de corporibus cœleſtibus, ꝙ tantùm in una ſpecie eſt unum ſingulare corpus: Dico, ꝙ ratio Ariſt. fuit ꝙ tale corpus ſingulare fuit ex tota materia illius ſpeciei: & hic non tantùm actuali, ſed etiam potentiali: quia ſecundũ eum nulla erat materia poſſibilis manente ſpetie tali, quæ nõ erat tota in uno ſingulari in tali ſpecie: nihil. n. poſuit poſſe produci nouum in immobilibus, ſeu in ſempiternis, ſecundum ꝙ talia ſunt immobilia, & ſempiterna: & quia non concordant cum eo Scotus, & Sanctus Doctor in hac propoſitione omne corpus ſempiternum eſt ex tota materia illius ſpeciei actuali, & potentiali: ideo non concordant cum eo in concluſione.

AD illud, ꝙ eſſent plures primi mouẽtes &c. Cõcedo, quod non poſſint eſſe plures motores primi: quia in primo motore non eſt materia: hoc eſt, non eſt in eo aliquid contrahens, ut materia, uel aliquid aliud: ſed eſt de ſe hic ſua quidditate ſine alio contrahente: nam talis contractio non ſtat cum perfecta ſimplicitate, & ideo quidditas Dei eſt de ſe hæc.

AD authoritates philoſophi dico, quòd in non conſtitutis cum materia: hoc eſt, cum non entitate indiuiduali contrahente q̄d ditatem idem eſt quod quid eſt primo cum eo cuius eſt: quia tale cuius eſt nullam rationem includit extra rationem eius, quod eſt primo quodquid eſt In conſtitutis aũt cum materia, hoc eſt cũ entitate indiuiduali contrahente quidditatem non eſt idẽ primo quod

quid eſt, cum eo cuius eſt, quia ſic acceptum non haberet quodquid eſt ex ſe: ſed tantùm per partem. ſ. per naturam, quæ contrahitur. ſ. per illam entitatem indiuidualem: Non igitur ex iſto ſequitur ꝙ materia, quæ eſt altera pars compoſiti ſit extrà rationem per ſe quidditatis: Immo uerè pertinet ad quidditatem, & talis materia non eſt indiuiduans: ſed benè materia totius, quæ eſt cõtrahens, & eſt illa, quæ indiuiduat.

AD aliud. ſ. aliud eſt caro, & carnis eſſe: & magnitudo, et magnitudinis eſſe. Dico ꝙ accipitur pro quidditate: & caro pro habente naturam indiuidualem. Vult ergo Phyloſophus, ꝙ quid eſt carnis in ſpetie non eſt idem per ſe, & primo ipſi indiuiduo: ſicut nec indiuiduum habet quodquid eſt. per ſe, & pri. eſt tamen idem ſibi per ſe, ſed non primo: ſicut indiuiduũ habet quod quid eſt per ſe, ſed non primo.

ETiam ad illud. In conceptis cum materia &c. Dico, ꝙ Phyloſophus accipit materiam pro proprietate indiuiduali: quod probatur per authoritates Ariſt. 7. Methaphyſices capite, de Partibus diffinitionis textu cõmenti 39. Vbi inquit. Palàm autẽ ꝙ anima quidem eſt ſubſtantia prima. Corpus uerò materia. Homo uerò animal, quod eſt ex utriſq;: ut uniuerſaliter. Coruſcus aũt & Socrates, ut ſiugulariter ſupple ex his: ſiquidem anima dupliciter dicitur: & poſtea ſubdit: ſi uerò anima hæc, & corpus hoc ut & homo quidem uniuerſale, & ſingulare. Et antæ in eodem capite textu cõmenti 35. Homo autem, & equus, & quæ ita in ſingularibus uniuerſaliter autem non ſunt ſubſtantia. i. forma: ſed ſimul quoddam totum. i. cõpoſitum ex hac materia: & ex hac ratione. Vbi per lì hac non intelligit materiam uniformem, & ſingularem

larem, ſed determinatam: Alioquin contradiceret ſibi ipſi: Vnde ſubdit ibidem. Et ut uniuerſaliter: & ſubdit poſtea ſingulare ue- rò ex ultima materia Socrates iam eſt. Patet etiam per eundem 12. Methap. cap. 4. ubi uult, q̃ principia ſunt eadem ſicut prin- cipiata, & horum (inquit) quæ ſunt in eadem ſpetie diuerſa non ſpecie ſed quia ſingulare aliud tua materia, & mouens, & ſpe- ties, & mea ſed tamen rõe uniuerſale eadem. ergo ita concedit di- ſtinctionem formæ ſicut materiæ in particulari: & ita unitatem materiæ in cõi ſicut in particulari. igitur capio formã in cõi et ma- teriã in cõi: et quæro per quid efficiuntur hæc. & non niſi per pro- prietatem indiuidualem non per materiam partis: ſicut dicunt ali- qui philoſophaſtri: quia talis eſt de eſſentia ſubſtantiæ compoſitæ ut probatur ex multis locis 9. meth. cap. de partibus diffinitionis.

IGitur de mente Auerrois dico, Animam intellectiuam eſſe unã. & immortalem, & nõ poteſt multiplicari ad multiplicationẽ in diuiduorum: neq; eſt forma informans, nec faciens unum per ſe cum corpore: ſed eſt forma aſſiſtens, & unitur ei in ratione prin- cipij operatiui ex quo ſequitur animam intellectiuam eſſe immor- talem: Licet Democritus cum ſchola Epicuriorum ponant ipſam mortalem. Eſt etiam dubitatio de mente Ariſt. An ſit mortalis: quia Alexander Aphrodiſeus dixit animam eſſe mortalem ſecun- dum Ariſt. & eum ſequutus eſt Gregorius Cardinalis Gaeta- nus, Pomponatius potiſſimùm his rationibus. Quia operatio aĩæ intellectiuæ non eſt ſine corpore ex Ariſt. pri. de Anima. 120. et tertio de anima: ubi dicit, Contingit intelligentem phantaſmata ſpeculari ergo eſt mortalis: Conſequentia eſt Ariſt. primo de aĩa textu cõmenti ſecundi: Illud eſt materiale, cuius operatio uariatur

per corpus: Sed operatio animæ intellectiuæ uariatur per corpus: per Ariſt. 2. de anima. 44 Vbi dicit ꝙ molles carnæ atti mente ergo eſt mortalis. Sed ꝙ ſit immortalis ſunt ſimplicius Ioannes Grammaticus, Plato, cum ipſo Auerroe.

VNde Plato dicit, ꝙ eſt immortalis, ex sententia Pyttagoræ in Phœdone libro 29 qui dicebat, animam hominis migrare de corpore in corpus secundum grauitatem peccati. Et in Thymeo lib. 32. & aliquando tranſit in fœminam: Vnde inquit. Quicūq; uirorum iniuſti, timidiq; uixerunt, quemadmodum probabilis rō nobis oſtendit in generatione secunda in fœminas ſunt conuerſi: Ideo dicit Plato factus eſt sexus fœmineus propter purgationem peccati: Aliquando tranſit in bruta secundum ꝙ peccatū eſt graue: qunq; hæc non eſt oppinio Platonis: Sed Pythagore. Recitat aliquando fabulas, nec explicat Plato ſuam sententiam: quia ut ſcripſit ad Dionem ueritas nō eſt probanda in uulgus. Quod aūt Plato de migratione animarum in corpora beſtiarum tam ridiculam affert fabellā ab animuncularū fabulis diſcrepantem. Profeſtò nos admonet totum allegoricè exponendum: non aliter is allegoricè indulgendum ſit, q̄ canticis Salomonis, uidelicet, Rationales animas non inuitam bruti: sed Brutam. i. quodāmodo bruto ſimilem uiciſſimq; demigrare: quodquidem omnibus penè Platonicis excepto Plotino maximè placuit. Idemq; Origenes in libris contra Celſum confirmare uidetur. Vnde uerba formalia Platonis in 32. lib. Thymei, uel de natura. Atq; illum qui rectè curriculum uiuendi à natura datum confecerit: Ad illum aſtrum cui accomodatus fuerit reuerſum beatam uitam acturum. Contra uerò agentem cogi in ortu ſecundo sexu mutato fieri mulierem. Et qui

qui metum finem peccandi faciet quatenus deprauatur eatenus in brutorum naturam ſuis moribus ſimilem mutari: Hæc Plato ibi. Vnde ꝙ anima ſit multiplicata tres ſunt modi dicendi. Primus eſt Platonis in eo de legibus in Thymeo, loco prædicto: & in Phædone, qui dicit quòd animæ ſuut multiplicabiles numero, & ſunt in certo numero ab æterno productæ ad numerum ſtellarum quæ ſunt in uia lactea, aut ſtellarum fixarũ in prima ſphera, quæ ſunt compares: & ſtelle compares dicuntur illæ ſtellæ, quæ ſunt menſuræ corporum, & tribuunt uitam: & quælibet iſtarum animarum, quæ ſunt ad numerum certum ſtellarum fixarum aliquando deſcendit, & regit corpus & cũ primo haberet omnes ſcientias deſcendendo ad corpus omnes amittit: Tamẽ poſtea excitata ſenſibilibus incipit reminiſci: quare noſtrum ſcire nõ eſt de nouo, ſed reminiſci. Ad quam opinionem alludit Ariſt. 7. Phyſicorum cum dicit animus fit ſapiens nulla facta mutatione in ipſa anima: ſicut columna fit dextra nulla mutatione facta in ea: Et dicit, ꝙ ſi hæc anima rectè uixerit in corpore, poſt obitum redit ad ſtellam ſibi comparem: Si malè tranſmutatur in aliud corpus donec expurgetnr, ut de latino in barbarum, poſtea redit ad ſtellam comparem: & tranſmutatio hæc eſt de homine ad hominem, & non ad beluas, ſicuti ponunt Pythagorici. Et huius opinionis ratio eſt propter motum cœli: quia ab æterno ente, & neceſſario, niſi æternũ immediatè non prouenit: & hoc eſt quod dicit Auerrcis 8. priſtcorũ. Sed animæ rationales creantur à Deo: quia Deus eſt cauſa illarum ergo ab æterno creatæ fuerunt: & cum diuerſæ ſint in diuerſis corporibus, creatæ fuerunt incerto numero ab æterno. Vnde diuus Auguſtinus 12. de ciuitate, capite. 13. recitat opinio-

ncm

nem Phyloſophorum, & maximè Platonicorum dicentium per circuitus temporum eadem redire, quibus imponitur ꝙ *poſt magnum annum poſt 36. millia annorum omnia redirent eadem. Nã eorum redeunte cauſa eadem redibit idem effectus: tunc aũt oĩa corpora cœleſtia redibunt ad eundem ſitum: quia ſupponendo illud Ptolomei in Almageſto* ꝙ *cœlum ſtellatum moueatur in centũ annis uno gradu contra motum diurnum ſequitur* ꝙ *complebitur motus ille eius ab occidente in orientem in 36. millibus annorum.* Huic opinioni adheret illud Eccleſiaſtici pri. Salomon. Nihil ſub ſole nouum. Et illud exemplum ponit Auguſtinus de dicto phyloſophorum, inquit in hoc ſæculo Plato, & in ſchola, quæ Academica dicta eſt diſcipulos docuit ita per innumerabilia retroſæcula, et idem Plato, & eadem ciuitas, & eadem ſchola, iidemq; diſcipuli reperti: ſed ſubdit, abſit ut iſta credamus. Sed fundamentum acceptum à Ptolomeo improbatur à Tebit, q probat cœlum ſtellatum non ſic moueri ab occidente in orientem: quia tunc aliquando foret in principio Cancri non cœli ſtella illa, quæ alias fuit in principio Capricorni non cœli. Et ideo ponit motum octaui cœli uel ſtellati eſſe in quibuſdam paruis circulis deſcriptis ſuper principium Arietis, & Libræ noni cœli. Et iſta eſt ratio efficaciſſima contra Ptolomeum pro motu trepidationis octauæ ſpheræ, uidete Tebit, quoniam rationes iſtas relinquo dominis Aſtronomis. Sed per authoritatem ſcripturæ improbatur per Auguſtinum ibidem Ro. 6. Chriſtus reſurgens ex mortuis &c. Secundo per illud primo textu 4. ſemper cum anno erimus. Itẽ per illud Pſalmiſtæ, Tu autem domine ſeruabis nos, & cuſtodies nos à generatione hac in æternũ. Ad illud Salomonis Eccl. pri. ſ. Nihil ſub Sole

Sole nouum, inquit Auguſtinus, Abſit, ut his Salomonis uerbis illos circuitus ſignificatos eſſe credamus, sed uel generaliter accipiẽdo eadem præceſſiſſe, quæ erunt: non aũt eadem ſecundum numerum: uel aliqui ſic intellexerunt, tanq̃: in prædeſtinatione Dei, iã facta fuiſſe, omnia ſapiens noluiſſet intelligi, & ideo nihil recens ſub ſole.

Sequitur etiam primo ꝙ addiſcere nõ ſit niſi reminiſci: de quo tangit Ariſt. pri. Poſteriorum textu commenti 4. quia inconueniens eſt ut probat in fine 2. poſteriorum, nobiliſſimos habitus eſſe in nobis & latere nos. Dicit ẽt Auerroes ꝙ ſecundũ Ariſt. debemus fateri. ſcire eſſe quodammodo reminiſci. Sed quid dicemus ad Ariſt. improbantem Platonem dicentem: Scire noſtrum eſſe reminiſci? Dicunt aliqui tenentes unitatem intellectus, ꝙ partim conuenit Ariſt. cum Platone, partim non conuenit. & argumenta Ariſt. cogunt aduerſus Platonem: quia ſcire ſecundũ Platonem eſt reminiſci per ſe. Scire ſecundum Ariſt. eſt per accidens reminiſci: quia ſecũdum Platonem anima rationalis multiplicatur, & quando fuit creata à Deo, fuit creata cum uſu omnium ſcientiarum: deinde immerſa corpori, & oppreſſa onere corporeo amittit uſum ſcientiarum. Rurſus expergefacta ſenſibus recuperat ſcientias: & ita ſcire eſt reminiſci per ſe: & accipio remiſcentiam pro memoria, quæ eſt ſine diſcurſu. Apud Ariſt. ſcire non eſt per ſe reminiſci: quia licet in Socrate dudum nato ſint habitus omnium ſcientiarum: tamen illa anima, ut eſt in Socrate non habuit uſum illius habitus, ſed quatenus fuit in Platone. Ideo ut Socrates acquirit talem uſum iſtius habitus: talis uſus in Socrate eſt de nouo, eſt uerè ſcire reminiſci per accidens reſpectu Platonis: quia

nis: quia acquirit illum habitum qui erat in Platone. Vnde dicunt iſti. Licet in Socrate dudum nato ſint omnes habitus: non pōt tamen illos intelligere, quia neceſſe eſt intelligentem phantaſmata ſpeculari: ita adhoc, ut intellectus in Socrate intelligat illos habitus oportet, ꝙ moueatur fantaſijs: Deinde colligatur intellectus cum illis fantaſijs: & ſic fit ſcire de nouo quodammodo. Et ſic deficiēte ſenſu uiſus deficit ſciētia illius ſenſus. quia in cæco nato, ut cæcus licet ſit notitia colorum, tamen illo habitu non poteſt uti, quia ad hoc, ut utatur oportet ut moueatur ſimulacris colorum. Simulacra uerò fiunt per uiſum. Ideo non poteſt uti tali habitu: ſtat enim ut aliquis habeat habitum ſcientiæ, & eo nō utatur: ut Grāmaticus dum dormit habet habitum grammaticæ, & tamen eo nō utitur. Ecce, quód iſti concedunt ſcire noſtrum eſſe quoquomodo reminiſci ſecundum Ariſt. Et ſic omne uerum uero conſonat: & nullum uerum repugnat uero: ut patet in libris piorum. Et quam optimè philoſophatus eſt diuinus Plato, opera ſua oībus enucleat: quoniam omnia adamuſſim bene penſitauit.

Contra iſtam ſubtiliſſimam opinionem arguit Sanctus Doctor ſecundo contra Gentiles, & inquit, aut anima unitur corpori ſecundum naturam, aut uiolenter, aut propria uoluntate, aut uolūtate Dei. Sed nullo horum modorū pōt dici ergo. Vide ibi ſuas probationes: Etiam ſequeretur, ꝙ anima intellectiua moueretur motu ſucceſſiuo: quod reprobatum eſt ab Ariſt. pri. de anima 2. Sed quod anima rationalis moueatur per ſe patet: quia mouetur de ſtella ſibi cōpari ad corpus, & mutatio quælibet eſt finis motus ſucceſſiui. Vnde generatio non poteſt eſſe ſubita mutatio: niſi ſit finis motus ſucceſſiui. Vnde ſi id erit mutatio. Videlicet deſcendere

ſcendere à ſtella ad corpus, neceſſe erit præcedere motum: & ſic anima per ſe mouebitur. Sed ꝙ anima per ſe moueatur ſucceſſiue motu continuo. Probo per unam maximam Scoti in 2. d. 2. q. 9. quæ talis eſt. Omne receptiuum formarum alicuius generis, ꝙ nõ eſt ex ſe determinatum ad aliquam illarum formarum, nec eſt illi=mitatum ad illas põt moueri ab una illarum formarum: ſed anima eſt receptiua alicuius ubi, & non eſt limitata ad omnia ubi, quia nõ eſt immenſa, ergo põt ab uno ubi ad aliud moueri. Maxima illa declaratur à Franciſco in 2. d. 2. q. 10.

SED *contra quoniam 6. phyſicorum textu, comẽti 7. & 31. Nullum indiuiſibile poteſt moueri, & ad hoc probandum eſt ratio phyloſophi 6. phyſicorum textu comẽti. 87. omne quod mo=uetur eſt partim in termino à quo, et partim ĩ termino ad quẽ: ſed aĩa cũ nõ hẽat partes nõ põt eſſe partim ſic, et partim ſic ergo aĩa nõ mouetur. Secunda ratio 6. phiſicorũ textu comenti. 89. omne quod mouetur prius pertranſit minus, aut æquale, q̃; maius: ſed indiuiſibile non poteſt pertranſire minus ergo æquale: ergo illud continuum eſſet compoſitum ex indiuiſibilibus. Præterea Cõmẽ=tator 4. phyſicorum 71. Dicit ꝙ ſucceſſio in motu cauſatur; uel ex reſiſtentia mobilis ad motorem, uel medij ad mobile, uel me=dij ad motorem. Sed nulla talis eſt ibi ergo anima non mouetur.*

AD *rationem Sancti Doctoris dico (ut inquit Auicenna 6. Naturalium) ꝙ anima unitur corpori, ut acquirat ſecundam perfectionem ſuam mediantibus ſenſibus, ſine quibus ipſa perfe=ctio haberi non poteſt. ſicut eſt intellectio ſenſibilium: qua acquiſi=ta appetitus animæ eſt ſatiatus: et ideo non eſt cõtra inclinationem eius à corpore ſeparari: & ideo ſeparat totaliter ſatiata: & ſic nõ ſtat ſub imperfectione. Et inquit Scotus in 4. d. 43 q. 2. ꝙ Aui=*

cenna uult dicere, ꝙ anima noſtra ſatiatur in corpore noſtro, quia ibi lucrãtur mœrita, & perfectiones exemplum: Iumentum *eſt neceſſarium ruſtico, ut perueniat ad forum: ſed poſtꝗ peruentum eſt ad ipſum eſt ſibi inutile & oneroſum.* Sic in *propoſitũ: corpus eſt quoddam iumentum animæ, per quod acquiruntur ſpecies ſenſibilium: quibus habitis corpus non eſt amplius ſibi neceſſarium ſed potius oneri.* Vel dico, ut Scotus in 4 *d.* 45. *q* 2. *reſpondẽdo ad principalia, ꝙ anima non unitur corpori propter perfectionẽ animæ: quia æquè perfecta eſt ſeparata ſicut coniuncta.* Neq; *propter perfectionem corporis: ſed propter perfectionem totius conſiſtentis ex iſtis partibus.*

AD rationes Ariſt. *ſatisfacit* Scotus in 2. *d* 2. *q.* 9. Probat *indiuiſibile non poſſe moueri, ponit unum dictum. ſ. ꝙ ſucceſſio in motu ſit à duobus, à diuiſibilitate mobilis, & à diuiſibilitate ſpatij, & loquitur de motu locali.* Non *ꝙ hoc non poſſit eſſe in alijs: utputa in motu alterationis licet eſſet difficultas, an hoc poſſet eſſe in motu augumentationis.* Sed *quia motus localis eſt primus motus, & iſtæ cauſæ, quæ ſunt cauſæ ſucceſſionis motus, ſunt etiam cauſæ diuiſibilitatis eius: &* dicit Scotus, *ꝙ quælibet iſtarum cauſarum ſe ſola eſt ſufficiẽs cauſa ſucceſſionis motus: nã licet mobile ſolùm eſſet diuiſibile: & nõ ſpatium adhuc ille motus eſſet ſucceſſiuus:* Sic etiam *ſpatium eſſet diuiſibile*, mobile autem *indiuiſibile, adhuc motus eſſet ſucceſſiuus: et ſic cauſæ ſucceſſionis ſunt duæ: & hoc ex* Ariſt. *habet pri. de diuiſibilitate ſpatij, & de cauſa ſucceſſionis habetur* 4. *phyſicorum* 99. *ubi dicit, ꝙ propter ſucceſſionem ſpatij eſt ſucceſſio in motu.* Idem 5. *phiſicorum* 36. Idem Auerrois 6. *phiſicorum* 7. *in principio.* Idem 5. Me-

thaphyſices 18. *ubi habet, ꝙ motus eſt quantus per accidens i. per aliud.* Dicun texpoſitores. *i. per magnitudinem. De alia cauſa. ſ. ꝙ ſit ſucceſſiuus propter diuiſibilitatem mobilis,* dicit Auerrois. 6. *phyſicorum.* 39. *idem* 8. *phiſicorum* 4. *bene ergo dicit* Scotus, *ꝙ ſucceſſionis ſunt duæ cauſæ.*

V *Erum eſt difficultas ſuper hoc, nã* Auẽpaces & Auerroes *ꝙ ex reſiſtẽtia medij cauſatur ſucceſſio, & propter alias cauſas. Ad hoc dico, ꝙ in motu ſunt duo. ſ. ſucceſſio, quæ attenditur, uel ex diuiſibilitate ſpatij, uel mobilis: uel ex parte utriuſq;, & talis eſt de eſſentia motus: aliud ꝙ eſt in motu eſt uelocitas, & tarditas, quæ caſatur ex reſiſtentia medij: & iſta accidunt motui, et non ſunt de eſſentia motus: & ſic patet ad iſtam difficultatẽ.*

S ED *apparet contradictio in dictis Ariſt. in quinto* Metha. 18. & 8. *phiſicorum* 4. Nam *quinto* Metha. *dicit ꝙ motus eſt quantus propter magnitudinem, & non propter mobile: ſolutio huius ſumitur ab* Auerroe 6. *phyſicorum* 39. *ſic. ſ. ꝙ motus eſt diuiſibilis & ſucceſſiuus à magnitudine, ſicut à cauſa per ſe.* Ideo *dicit Ariſt. quinto* Metha: 18. *ꝙ magnitudo, ſuper quam ſit motus eſt pri. & per ſe diuiſibilis. & dicit* Auer. *ꝙ motus eſt ſucceſſiuus pes accidens, à mobili ut à cauſa per accidens.*

S ED *contra motus eſt immobilis, & non in magnitudine:* Vnde *ergo eſt, dicatur magis ſucceſſiuus, à magnitudine, q̃ à mobili, cum accidentia in quibus ſubiectantur, habeant eſſe, & motus ſubiectãtur immobili. Solet reſponderi ſic ꝙ magis, capit ſucceſſionem à ſpatio, q̃ à mobili: quia in quocunq; motu ſemper ſpatium eſt diuiſibile: nõ tamen ſemper mobile eſt diuiſibile, nam poteſt eſſe indiuiſibile. Et licet hoc non ſit peripatetice, tamen eſt*

quid eſt, cum eo cuius eſt, quia ſic acceptum non haberet quodquid eſt ex ſe: ſed tantùm per partem. ſ. per naturam, quæ contrahitur. ſ. per illam entitatem indiuidualem: Non igitur ex iſto ſequitur ꝙ materia, quæ eſt altera pars compoſiti ſit extrà rationem per ſe quidditatis: Immo uerè pertinet ad quidditatem, & talis materia non eſt indiuiduans: ſed benè materia totius, quæ eſt cõtrahens, & eſt illa, quæ indiuiduat.

AD aliud. ſ. aliud eſt caro, & carnis eſſe: & magnitudo, et magnitudinis eſſe. Dico ꝙ accipitur pro quidditate. & caro pro habente naturam indiuidualem. Vult ergo Phyloſophus, ꝙ quid eſt carnis in ſpetie non eſt idem per ſe, & primo ipſi indiuiduo: ſicut nec indiuiduum habet quodquid eſt. per ſe, & pri. eſt tamen idem ſibi per ſe, ſed non primo: ſicut indiuiduũ habet quod quid eſt per ſe, ſed non primo.

ETiam ad illud. In conceptis cum materia &c. Dico, ꝙ Phyloſophus accipit materiam pro proprietate indiuiduali: quod probatur per authoritates Ariſt. 7. Methaphyſices capite, de Partibus diffinitionis textu cõmenti 39. Vbi inquit. Palàm autẽ ꝙ anima quidem eſt ſubſtantia prima. Corpus uerò materia. Homo uerò animal, quod eſt ex utriſq;: ut uniuerſaliter. Coruſcus aũt & Socrates, ut ſiugulariter ſupple ex his: ſiquidem anima dupliciter dicitur: & poſtea ſubdit: ſi uerò anima hæc, & corpus hoc ut & homo quidem uniuerſale, & ſingulare. Et antæ in eodem capite textu cõmenti 35. Homo autem, & equus, & quæ ita in ſingularibus uniuerſaliter autem non ſunt ſubſtantia. i. forma: ſed ſimul quoddam totum. i. cõpoſitum ex hac materia: & ex hac ratione. Vbi per li hac non intelligit materiam uniformem, & ſingularem

larem, ſed determinatam: Alioquin contradiceret ſibi ipſi: Vnde ſubdit ibidem. Et ut uniuerſaliter: & ſubdit poſtea ſingulare ue rò ex ultima materia Socrates iam eſt. Patet etiam per eundem 12. Methap. cap. 4. ubi uult, q̃ principia ſunt eadem ſicut prin cipiata, & horum (inquit) quæ ſunt in eadem ſpecie diuerſa non ſpecie ſed quia ſingulare aliud tua materia, & mouens, & ſpe cies, & mea ſed tamen rõe uniuerſale eadem. ergo ita concedit di ſtinctionem formæ ſicut materiæ in particulari: & ita unitatem materiæ in cõi ſicut in particulari. igitur capio formã in cõi et ma teriã in cõi: et quæro per quid efficiuntur hæc. & non niſi per pro prietatem indiuidualem non per materiam partis: ſicut dicunt ali qui philoſophaſtri: quia talis eſt de eſſentia ſubſtantiæ compoſitæ ut probatur ex multis locis 9. meth. cap. de partibus diffinitionis.

IGitur de mente Auerrois dico, Animam intellectiuam eſſe unã. & immortalem, & nõ poteſt multiplicari ad multiplicationẽ in diuiduorum: neq; eſt forma informans, nec faciens unum per ſe cum corpore: ſed eſt forma aſſiſtens, & unitur ei in ratione prin cipij operatiui ex quo ſequitur animam intellectiuam eſſe immor talem: Licet Democritus cum ſchola Epicuriorum ponant ipſam mortalem. Eſt etiam dubitatio de mente Ariſt. An ſit mortalis: quia Alexander Aphrodiſeus dixit animam eſſe mortalem ſecun dum Ariſt. & eum ſequutus eſt Gregorius Cardinalis Gaeta nus, Pomponatius potiſſimùm his rationibus. Quia operatio aïæ intellectiuæ non eſt ſine corpore ex Ariſt. pri. de Anima. 120. et tertio de anima: ubi dicit, Contingit intelligentem phantaſmata ſpeculari ergo eſt mortalis: Conſequentia eſt Ariſt. primo de aïa textu cõmenti ſecundi: Illud eſt materiale, cuius operatio uariatur

qui metum finem peccandi faciet quatenus deprauatur eatenus in brutorum naturam ſuis moribus ſimilem mutari: Hæc Plato ibi. Vnde ꝙ anima ſit multiplicata tres ſunt modi dicendi. Primus eſt Platonis in eo de legibus in Thymeo, loco prædicto: & in Phœdone, qui dicit quòd animæ ſuut multiplicabiles numero, & ſunt in certo numero ab æterno productæ ad numerum ſtellarum quæ ſunt in uia lactea, aut ſtellarum fixarũ in prima ſphera, quæ ſunt compares: & ſtelle compares dicuntur illæ ſtellæ, quæ ſunt menſuræ corporum, & tribuunt uitam: & quælibet iſtarum animarum, quæ ſunt ad numerum certum ſtellarum fixarum aliquando deſcendit, & regit corpus & cũ primo haberet omnes ſcientias deſcendendo ad corpus omnes amittit: Tamẽ poſtea excitata ſenſibilibus incipit reminiſci: quare noſtrum ſcire nõ eſt de nouo, sed reminiſci. Ad quam opinionem alludit Ariſt. 7. Phyſicorum cum dicit animus fit ſapiens nulla facta mutatione in ipſa anima: ſicut columna fit dextra nulla mutatione facta in ea: Et dicit, ꝙ ſi hæc anima rectè uixerit in corpore, poſt obitum redit ad ſtellam ſibi comparem: Si malè tranſmutatur in aliud corpus donec expurgetnr, ut de latino in barbarum, poſtea redit ad ſtellam comparem: & tranſmutatio hæc eſt de homine ad hominem, & non ad belluas, ſicuti ponunt Pythagorici. Et huius opinionis ratio eſt propter motum cœli: quia ab æterno ente, & neceſſario, niſi æternũ immediatè non prouenit: & hoc eſt quod dicit Auerrcis 8. priſtorũ. Sed animæ rationales creantur à Deo: quia Deus eſt cauſa illarum ergo ab æterno creatæ fuerunt: & cum diuerſæ ſint in diuerſis corporibus, creatæ fuerunt incerto numero ab æterno. Vnde diuus Auguſtinus 12. de ciuitate, capite. 13. recitat opinionem

nem Phyloſophorum, & maximè Platonicorum dicentium per circuitus temporum eadem redire, quibus imponitur ꝙ poſt magnum annum poſt 36. millia annorum omnia redirent eadem. Nā eorum redeunte cauſa eadem redibit idem effectus: tunc aūt oīa corpora cæleſtia redibunt ad eundem ſitum: quia ſupponendo illud Ptolomei in Almageſto ꝙ cœlum ſtellatum moueatur in centū annis uno gradu contra motum diurnum ſequitur ꝙ complebitur motus ille eius ab occidente in orientem in 36. millibus annorum. Huic opinioni adheret illud Eccleſiaſtici pri Salomon. Nihil ſub ſole nouum. Et illud exemplum ponit Auguſtinus de dicto phyloſophorum, inquit in hoc ſæculo Plato, & in ſchola, quæ Academica dicta eſt diſcipulos docuit ita per innumerabilia retroſæcula, et idem Plato, & eadem ciuitas, & eadem ſchola, iidemq; diſcipuli reperti: ſed ſubdit, abſit ut iſta credamus. Sed fundamentum acceptum à Ptolomeo improbatur à Tebit, q probat cœlum ſtellatum non ſic moueri ab occidente in orientem: quia tunc aliquando foret in principio Cancri non cœli ſtella illa, quæ alias fuit in principio Capricorni non cœli. Et ideo ponit motum octaui cœli uel ſtellati eſſe in quibuſdam paruis circulis deſcriptis ſuper principium Arietis, & Libræ noni cœli. Et iſta eſt ratio efficaciſſima contra Ptolomeum pro motu trepidationis octauæ ſpheræ, uidete Tebit, quoniam rationes iſtas relinquo dominis Aſtronomis. Sed per authoritatem ſcripturæ improbatur per Auguſtinum ibidem Ro. 6. Chriſtus reſurgens ex mortuis &c. Secundo per illud primo textu 4. ſemper cum anno erimus. Itē per illud Pſalmiſtæ, Tu autem domine ſeruabis nos, & cuſtodies nos à generatione hac in æternū. Ad illud Salomonis Eccl. pri. ſ. Nihil ſub Sole

Sole nouum, inquit Auguſtinus, Abſit, ut his Salomonis uerbis illos circuitus ſignificatos eſſe credamus, sed uel generaliter accipiẽdo eadem præceſſiſſe, quæ erunt: non aũt eadem ſecundum numerum: uel aliqui ſic intellexerunt, tanq̃ in prædeſtinatione Dei, iã facta fuiſſe, omnia ſapiens noluiſſet intelligi, & ideo nihil recens ſub ſole.

SEquitur etiam primo ꝙ addiſcere nõ ſit niſi reminiſci: de quo tangit Ariſt. pri. Poſteriornm textu commenti 4. quia inconueniens eſt ut probat in fine 2. poſteriorum, nobiliſſimos habitus eſſe in nobis & latere nos. Dicit ẽt Auerroes ꝙ ſecundũ Ariſt. debemus fateri. ſcire eſſe quodammodo reminiſci. Sed quid dicemus ad Ariſt. improbantem Platonem dicentem: Scire noſtrum eſſe reminiſci? Dicunt aliqui tenentes unitatem intellectus, ꝙ partim conuenit Ariſt. cum Platone, partim non conuenit. & argumenta Ariſt. cogunt aduerſus Platonem: quia ſcire ſecundũ Platonem eſt reminiſci per ſe. Scire ſecundum Ariſt. eſt per accidens reminiſci: quia ſecũdum Platonem anima rationalis multiplicatur, & quando fuit creata à Deo, fuit creata cum uſu omnium ſcientiarum: deinde immerſa corpori, & oppreſſa onere corporeo amittit uſum ſcientiarum. Rurſus expergefacta ſenſibus recuperat ſcientias: & ita ſcire eſt reminiſci per ſe: & accipio reminiſcentiam pro memoria, quæ eſt ſine diſcurſu. Apud Ariſt. ſcire non eſt per ſe reminiſci: quia licet in Socrate dudum nato ſint habitus omnium ſcientiarum: tamen illa anima, ut eſt in Socrate non habuit uſum illius habitus, ſed quatenus fuit in Platone. Ideo ut Socrates acquirit talem uſum iſtius habitus: talis uſus in Socrate eſt de nouo, eſt uerè ſcire reminiſci per accidens reſpectu Platonis: quia

nis: quia acquirit illum habitum qui erat in Platone. Vnde di- cunt iſti. Licet in Socrate dudum nato ſint omnes habitus: non pōt tamen illos intelligere, quia neceſſe eſt intelligentem phantaſmata ſpeculari: ita adhoc, ut intellectus in Socrate intelligat illos habitus oportet, ꝙ moueatur fantaſyjs: Deinde colligatur intellectus cum illis fantaſijs: & ſic fit ſcire de nouo quodammodo. Et ſic deficiē- te ſenſu uiſus deficit ſciētia illius ſenſus. quia in cœco nato, ut cœ- cus licet ſit notitia colorum, tamen illo habitu non poteſt uti, quia ad hoc, ut utatur oportet ut moueatur ſimulacris colorum. Simu- lacra uerò fiunt per uiſum. Ideo non poteſt uti tali habitu: ſtat enim ut aliquis habeat habitum ſcientiæ, & eo nō utitur: ut Grā- maticus dum dormit habet habitum grammaticæ, & tamen eo nō utitur. Ecce, quód iſti concedunt ſcire noſtrum eſſe quoquomodo re miniſci ſecundum Ariſt. Et ſic omne uerum uero conſonat: & nullum uerum repugnat uero: ut patet in libris piorum. Et quam optimè philoſophatus eſt diuinus Plato, opera ſua oībus enucleat: quoniam omnia adamuſſim bene penſitauit.

CONTRA iſtam ſubtiliſſimam opinionem arguit Sanctus Doctor ſecundo contra Gentiles, & inquit, aut anima unitur corpori ſecundum naturam, aut uiolenter, aut propria uoluntate, aut uo- lūtate Dei. Sed nullo horum modorū pōt dici ergo. Vide ibi ſuas probationes: Etiam ſequeretur, ꝙ anima intellectiua moueretur motu ſucceſſiuo: quod reprobatum eſt ab Ariſt. pri. de anima 2. Sed quod anima rationalis moueatur per ſe patet: quia mouetur de ſtella ſibi cōpari ad corpus, & mutatio quælibet eſt finis mo- tus ſucceſſiui. Vnde generatio non poteſt eſſe ſubita mutatio: niſi ſit finis motus ſucceſſiui. Vnde ſi id erit mutatio. Videlicet de- ſcendere

ſcendere à ſtella ad corpus, neceſſe erit præcedere motum: & ſic anima per ſe mouebitur. Sed ꝙ anima per ſe moueatur ſucceſſiue motu continuo. Probo per unam maximam Scoti in 2. d. 2. q. 9. quæ talis eſt. Omne receptiuum formarum alicuius generis, ꝙ nõ eſt ex ſe determinatum ad aliquam illarum formarum, nec eſt illi limitatum ad illas põt moueri ab una illarum formarum: ſed anima eſt receptiua alicuius ubi, & non eſt limitata ad omnia ubi, quia nõ eſt immenſa, ergo põt ab uno ubi ad aliud moueri. Maxima illa declaratur à Franciſco in 2. d. 2. q. 10.

SED contra quoniam 6. phyſicorum textu, comẽti 7. & 31. Nullum indiuiſibile poteſt moueri, & ad hoc probandum eſt ratio phyloſophi 6. phyſicorum textu comẽti. 87. omne quod mouetur eſt partim in termino à quo, et partim ĩ termino ad quẽ: ſed aĩa cũ nõ hẽat partes nõ põt eſſe partim ſic, et partim ſic ergo aĩa nõ mouetur. Secunda ratio 6. phiſicorũ textu comenti. 89. omne quod mouetur prius pertranſit minus, aut æquale, q̃ maius: ſed indiuiſibile non poteſt pertranſire minus ergo æquale: ergo illud continuum eſſet compoſitum ex indiuiſibilibus. Præterea Cõmẽtator 4. phyſicorum 71. Dicit ꝙ ſucceſſio in motu cauſatur, uel ex reſiſtentia mobilis ad motorem, uel medij ad mobile, uel medij ad motorem. Sed nulla talis eſt ibi ergo anima non mouetur.

AD rationem Sancti Doctoris dico (ut inquit Auicenna 6. Naturalium) ꝙ anima unitur corpori, ut acquirat ſecundam perfectionem ſuam mediantibus ſenſibus, ſine quibus ipſa perfectio haberi non poteſt, ſicut eſt intellectio ſenſibilium: qua acquiſita appetitus animæ eſt ſatiatus: et ideo non eſt cõtra inclinationem eius à corpore ſeparari: & ideo ſeparat totaliter ſatiata: & ſic nõ ſtat ſub imperfectione. Et inquit Scotus in 4. d. 43 q. 2 ꝙ Auicenna

cenna uult dicere, ꝙ anima noſtra ſatiatur in corpore noſtro, quia ibi lucrãtur mœrita, & perfectiones exemplum: Iumentum eſt neceſſarium ruſtico, ut perueniat ad forum: ſed poſtq̃ peruentum eſt ad ipſum eſt ſibi inutile & onerosum. Sic in propoſitũ: corpus eſt quoddam iumentum animæ, per quod acquiruntur ſpecies ſenſibilium: quibus habitis corpus non eſt amplius ſibi neceſſarium ſed potius oneri. Vel dico, ut Scotus in 4 d. 45. q 2. reſpondẽdo ad principalia, ꝙ anima non unitur corpori propter perfectionẽ animæ: quia æquè perfecta eſt ſeparata ſicut coniuncta. Neq; propter perfectionem corporis: ſed propter perfectionem totius conſiſtentis ex iſtis partibus.

AD rationes Ariſt. ſatisfacit Scotus in 2. d 2. q. 9. Probat indiuiſibile non poſſe moueri, ponit unum dictum. ſ. ꝙ ſucceſſio in motu ſit à duobus, à diuiſibilitate mobilis, & à diuiſibilitate ſpatij, & loquitur de motu locali. Non ꝙ hoc non poſſit eſſe in alijs: utputa in motu alterationis licet eſſet difficultas, an hoc poſſet eſſe in motu augumentationis. Sed quia motus localis eſt primus motus, & iſtæ cauſæ, quæ ſunt cauſæ ſucceſſionis motus, ſunt etiam cauſæ diuiſibilitatis eius: & dicit Scotus, ꝙ quælibet iſtarum cauſarum ſe ſola eſt ſufficiẽs cauſa ſucceſſionis motus: nã licet mobile ſolùm eſſet diuiſibile: & nõ ſpatium adhuc ille motus eſſet ſucceſſiuus: Sic etiam ſpatium eſſet diuiſibile, mobile autem indiuiſibile, adhuc motus eſſet ſucceſſiuus: et ſic cauſæ ſucceſſionis ſunt duæ: & hoc ex Ariſt. habet pri. de diuiſibilitate ſpatij, & de cauſa ſucceſſionis habetur 4. phyſicorum 99. ubi dicit, ꝙ propter ſucceſſionem ſpatij eſt ſucceſſio in motu. Idem 5. phiſicorum 26. Idem Auerrois 6. phiſicorum 7. in principio. Idem 5. Metaphyſices

thaphyſices 18. ubi habet, ꝙ motus eſt quantus per accidens i. per aliud. Dicunt expoſitores. i. per magnitudinem. De alia cauſa. ſ. ꝙ ſit ſucceſſiuus propter diuiſibilitatem mobilis, dicit Auerrois. 6. *phyſicorum.* 39. *idem* 8. *phiſicorum* 4. *bene ergo dicit* Scotus, ꝙ *ſucceſſionis ſunt duæ cauſæ.*

V*Erum eſt difficultas ſuper hoc, nã* Auẽpaces & Auerroes ꝙ *ex reſiſtẽtia medij cauſatur ſucceſſio, & propter alias cauſas. Ad hoc dico, ꝙ in motu ſunt duo. ſ. ſucceſſio, quæ attenditur, uel ex diuiſibilitate ſpatij, uel mobilis: uel ex parte* utriuſq; , & *talis eſt de eſſentia motus: aliud ꝙ eſt in motu eſt uelocitas, & tarditas, quæ caſatur ex reſiſtentia medij: & iſta accidunt motui, et non ſunt de eſſentia motus: & ſic patet ad iſtam difficultatẽ.*

SED *apparet contradictio in dictis* Ariſt. *in quinto* Metha. 18. & 8. *phiſicorum* 4. Nam *quinto* Metha. *dicit* ꝙ *motus eſt quantus propter magnitudinem, & non propter mobile: ſolutio huius ſumitur ab* Auerroe 5. *phyſicorum* 39. *ſic. ſ.* ꝙ *motus eſt diuiſibilis & ſucceſſiuus à magnitudine, ſicut à cauſa per ſe.* Ideo *dicit* Ariſt. *quinto* Metha. 18. ꝙ *magnitudo, ſuper quam ſit motus eſt pri. & per ſe diuiſibilis. & dicit* Auer. ꝙ *motus eſt ſucceſſiuus pes accidens, à mobili ut à cauſa per accidens.*

SED *contra motus eſt immobilis, & non in magnitudine:* Vnde *ergo eſt, dicatur magis ſucceſſiuus, à magnitudine, q̃ à mobili, cum accidentia in quibus ſubiectantur, habeant eſſe, & motus ſubiectãtur immobili. Solet reſponderi ſic* ꝙ *magis, capit ſucceſſionem à ſpatio, q̃ à mobili: quia in quocunq; motu ſemper ſpatium eſt diuiſibile: nõ tamen ſemper mobile eſt diuiſibile, nam poteſt eſſe indiuiſibile. Et licet hoc non ſit peripatetice, tamen eſt*

 ad imaginatio

ad imaginationem mathematicorum. Sed hæc reſponſio peccat in duobus pri. non eſt peripatetica, ſecundo nō reſpondet ad cauſam argumenti. ſ. quod motus eſt immobili, & non in ſpatio. Ideo à mobili, & nō à ſpatio debet denominari. Vnde pro ſolutione nota ꝙ motus non eſt complere ſucceſſiuus, ab aliqua illarum cauſarum, ſeorſum: licet benè poſſit eſſe ſucceſſiuus ab aliqua illarum ſeorſum: non tamen completè ſucceſſiuus, niſi ab utraq; Prætereà nota in motu continuo. Sunt duo. ſ. continuitas, & unitas ex una parte: & diuiſibilitas ex alia: nam ab eodem nō poteſt eſſe unitas, & ſucceſſio, & diuiſibilitas. Nam Ariſt. 8. phyſicorum 40 dicit, ꝙ continuitas motus eſt à mobili. Succeſſio autē habetur à ſpatio, ſeu à magnitudine pri. et ſic ſoluitur argumētū:

Dictum eſt præterea ꝙ Ariſt. 5. metha. 18. dixit ꝙ motus eſt quantus & ſucceſſiuus à magnitudine & non à mobili, & dixit ꝙ motus eſt quantus per aliud ideſt per accidēs. Eſſet difficultas an ualeat hæc conſequentia eſt quantus per aliud, ergo per accidens ideſt eſt difficultas: an motus ſit ſucceſſiuus, & quantus per aliud. ſ. per magnitudinem ꝙ non: probatur ſic quantitas magnitudinis eſt alia ſpetie, & genere ſubalterno à quantitate motus, ergo quantitas motus non erit à quantitate magnitudinis. antecedēs probatur. aliæ ſunt partes motus à partibus magnitudinis, nam partes motus ſunt ſucceſſiue partes: magnitudinis ſunt permanentes, ergo &c. 2. Sic quinto metha. 18. magnum, & paruū ſunt paſſiones quanti. tunc ſic quorum paſſiones ſunt aliæ & ſpecies ſunt aliæ, ſed aliud eſt maius, & minus motu à maiori, et minori magnitudine. nam uariato maiori: & minori in motu non uariatur quantitas magnitudinis ergo &c. 3. Cōtinuitas magnitudinis, et

dinis & continuitas mobilis, alia & alia eſt: nam continuans eſt aliud & aliud ergo, & cõtinuatu, ꝙ cõtinuans ſit aliud, & aliud patet. continuans. n. magnitudinem. punctus eſt continuans aut: motum mutuum eſſe eſt ergo &c. Quarto & ultimo ſic ſuper magnitudinem diſcontinuam poteſt eſſe motus continuus quinti phyſicorum 23. motus continuus eſt quando ſuper quo ſit eſt continuum. uel parũ deficit ei, non tamen temporis ſicut patet de citaredo qui poſt primam cordam tangit quartam eſt diſcontinuitas in magnitudine non tamen in motu ergo non habet continuitatem à magnitudine ergo nec quantitatem.

PRo reſponſione eſt notandum ꝙ habet Auerroes 5. methap. *commento. 18. ſ. ꝙ motus & tempus ſunt diuiſibilia per magnitudinem, & pri. ſunt diuiſibilia ꝙ ſint per ſe quanta patet nã ſunt ſpecies de prædicamento quantitatis quæ ſunt tales per proprias differentias eſſentiales, & ſpecificas, & ſic motus & tempus ex ſe quidditatiue, & eſſentialiter quanta ſunt: ideo nõ oportet ꝙ dicamus ꝙ motus ſit quantus per magnitudinẽ. & tempus per motum. Sed quid dicemus ad Ariſt. 5. metha. 18 qui dicit ꝙ motus eſt quantus per aliud. Scotus 5. meth. q. 9. Reſpondet ꝙ motus ab intrinſeco eſt quantus ex ſe, ſed ab extrinſeco à magnitudine: ſed hoc eſt. difficile uidere: ꝙ ſcilicet motus ſit quantus ab extrinſeco à magnitudine: cum cauſæ extrinſece ſint duæ efficiẽs .ſ. & finalis in quo genere cauſæ erit magnitudo reſpectu quantitatis motus. Scotus dicit in genere cauſæ efficientis. Sed quomodo ſit uerum eſt difficile uidere, nam motus recipitur in mobili, et ab ipſo cauſatur, & non à magnitudine. Reſpondeo ex Ariſtotele 2. metha. 4 qui dicit ꝙ illud per ſe pri. & eſſentialiter eſt tale poteſt*

le poteſt

ri quia nõ poteſt eſſe partim in termino à quo & partim in termino ad quem. dico ꝙ in quolibet iſtanti eſt in punto ſpatij medij ꝙ quidem puntum habet rationem termini à quo & mouetur per iſtantia, & tamen ille motus eſt per tempus, & ſic mouetur motu cõtinuo ſtat ꝙ aliquid moueatur impũto, & cõtinue moueatur. Exempli gratia dicunt matematici ꝙ corpus perfectè ſphericum contingit planum in punto ſi circundatur corpus ſphæricum mouetur, mouebitur in punto, & tamen mouetur motu continuo ita animæ & ſi mouentur in puntis cum ſint indiuiſibiles quia tamẽ per plura inſtantia, & inter duo nunc cadit tempus ideo mouetur in tempore & motu continuo. Ad argumentum dico ꝙ quũ dicitur omne ꝙ mouetur eſt partim in termino à quo & partim in termino ad quem, uerum eſt capiendo partibilitatem ex parte ſpatij non autem ex parte mobilis. Ad aliam rationem omne ꝙ mouetur prius, oportet ꝙ pertranſeat minus, aut æquale &c. Dicitur ꝙ illa maior eſt uera de mobili indiuiſibili. Vnde nota ꝙ mobile abſtrahit à diuiſibili, & indiuiſibili, & ideo ſibi accidit ꝙ prius pertranſeat minus, aut æquale quam maius, dico etiam ꝙ ſi indiuiſibile moueretur pertranſiret prius maius, & non æquale, nec minus ne motus componeretur ex indiuiſibilibus. Ad aliam ipſius Auerrois 4. phy. 71. ꝙ ſucceſſio in motu cauſatur, uel ex reſiſtentia mobilis ad motorem &c. dico ꝙ ſucceſſio iniuncta fit ex diuiſibilitate ſpatij, & iſta eſt eſſentialis, ſed uelocitas, & tarditas accidunt motui, unde in motu duo ſunt. ſ. ſucceſſio quæ eſt de eſſentia motus: & uelocitas & tarditas quæ accidunt motui. Poſtquã uiſum eſt ꝙ anima rationalis mouetur, & ſucceſſiue motu locali, & eſt indiuiſibilis, dubitatur modo nũq̃ indiuiſibile poſ-

ſit alterari

ſit alterari. Dico de indiuiſibile ſignato in quantitate: quia de indiuiſibili ſubſtantiæ, patet de intellectu, quia alteratur recipiendo intellectionem: ſed de indiuiſibili ſignato in quantitate. Reſpondeo, ꝙ pōt dupliciter intelligi: Vno modo, ꝙ forma diuiſibilis, & quātā recipiatur in indiuiſibili. Et ſic non: Alio mō, ꝙ forma indiuiſibilis ſecundū quātitatē, & diuiſibilis: ſecūdū gradus recipiatur in indiuiſibili, & ſic dico, ꝙ indiuiſibile alteratur. Et ſi quis incurreret in illam difficultatem, ꝙ daretur mutatū eſſe in motu, quia primus gradus formæ recipitur & poſtea alij: Reſpondetur ꝙ eſt mutatum eſſe, ſed non in motu, quia in inſtanti: & quo modo alteratio pōt eſſe tota ſimul quando .ſ. agens reſpicit totū paſſum, tanq̄ terminum indiuiſibilem. Vide Scotum in 2. d. 2. q. 12. reſpondendo ad argumenta principalia.

Opinio Alex. ſubtiliſſima uideri meo.

FVit opinio Alexādri qui dixit ꝙ anima intellectiua erat ſubſtantia ſimplex cuius due ſunt potentiæ intellectus, & uolūtas, & dicit ꝙ ſubſtantia ipſius animæ rationalis interit cum corpore, & iſta ſubſtantia animæ eſt coniunctus actus materiæ. potentiæ uerò intellectus & uoluntas ſunt ſeparatæ à materia: dixit Alex. ꝙ eſt ſubſtantia ſimplex fugiens opinionem aliorum philoſophorum. quæ fuit temiſtij quæ eſt opinio Ariſt. qui dicunt aīam intellectiuam eſſe confectam ex intellectu potentiæ & ex intellectu agente.

ET ratio eſt quia nihil agit in ſe ipſum, nec actione reali, nec ſpirituali ſemper.n agens diſtinguitur à paſſo ideo oportet ꝙ intellectus agens diſtinguatur ab intellectu potentiæ re. quare ad fugiendum hoc argumētum dixit Alex. ꝙ anima eſt ſimplex ſubſtantia,

ſtantia, & dixit ꝙ intellectus agens non eſt pars animæ. Sed eſt Deus: Et hoc Alexander probat duplici ratione in libro de intellectu, prima ratio ꝙ eſt primo tale ratio eſt ꝙ alia ſint talia propter ipſum ex 2. metha. 4. ſed Deus eſt. primum intelligibile ergo omnia alia ſunt intelligibilia propter ipſum, ergo ipſe eſt intellectus agens qui facit omnia intelligibilia: etiam quia expones illa uerba in 3. de anima, intellectus agens eſt actus intellectus potentiæ. dicit ꝙ Deus eſt actus intellectus potentiæ. quia Deus eſt actus ſimplex, quare exponens illa uerba Ariſt. intellectus agens eſt præſtantior intellectus potentiæ. Quia intellectus agens eſt immortalis, & æternus, & nobilior corruptibili. ideo cum intellectus agens ſit æternus eſt præſtantior intellectu potentiæ.

ET in libro de intellectu cap. 6. adducit uerba oſcura, & ſunt iſta: cum igitur ex miſto corpore ideſt ex ſanguine hominis puriori ignis genitus eſt ideſt calor ille innatus qui eſt inſtrumentum omnium operationũ animæ, aut aliquid huiuſmodi, ideſt ſpiritus ipſe, ut inſtrumenti locum poſſit exibere, huic intellectui potentiæ locum inſtrumenti, ideſt generare cor in quo demandatur principatus animæ ꝙ eſt primum ſubiectum uirtutis animæ intellectus ille ideſt agens, ideſt Deus, qui miſtioni abſiſtit, quia eſt in omnibus corporibus potentia, & uirtute, & tale inſtrumentum ideſt cor appellatur primum inſtrumentum intellectus poteſtatis.

VNde Alexander tenet animam intellectiuam eſſe ſubſtantiam ſimplicem & interit adinteritum corporis, & generatur ad generationem eius & probat Alexander ꝙ ſit generabilis, & corruptibilis, & deducta de potẽtia materiæ, & probat tribus medijs & primo ex diffinitione animæ. quia anima eſt actus

corporis phyſici, ut & hæc diffinitio competit omni animæ, aĩa ergo intellectiua eſt actus primus corporis, ſed oĩs actus primus eſt finis ſuæ materiæ, ergo anima intellectiua eſt inſeparabilis à ſua materia, & ſic mortalis.

Secundum argumentum ex uerbis Ariſt. eſt quia Ariſt. dicit ꝙ anima eſt per ſe in mobilis, & non potens per ſe ſubſiſtere igitur inquit Alexander. Si anima eſt per ſe in mobilis, ergo corruptibilis: quia ſi non mortuo Socrate remanet anima, & ſic per ſe mouetur, ergo per ſe mobilis. Sed nõ eſt per ſe mobilis ergo corrumpitur: ꝙ anima ſit per ſe in mobilis probat Ariſt. pri. de anima contra Platonem, ꝙ anima intellectiua ſit per ſe inmobilis, & per accidẽs quæ uerba Ariſt. citat Alex. 2. libro quæſtionum naturalium cap. primo & cap. 10. quia dicit. Si anima nõ eſt per ſe immobilis. Sed mobilis, uel ergo mouetur, ſecũdũ ſe totã sine aliqua eius diſtinctione, uel mouetur, ſecũdũ aliquã ſui potentiam, & alia mouet ſi ſic quæro de illa potẽtia quæ mouet an moueatur ab alia potentia, uel in mobilis ſit: ſi inmobilis ergo corruptibilis, & ſic quæ mouebitur corrumpetur. Si moueatur ab alia potentia, ergo erit proceſſus in infinitum, neceſſe eſt ergo, ꝙ moueat ſeipſam ſine aliqua ſui diſtinctione, ſed hoc non poteſt eſſe ꝙ anima moueat ſe ipſam, ſine aliqua ſui diſtinctione partium, quia omne ꝙ mouetur recedit ab eo: ueluti ſi corpus mouetur de loco ad locum recedit ab uno loco ad alium locum & iſta cum alterantur mouentur de una qualitate ad aliam: ſi ergo anima mouetur recedit, ergo à ſe ipſa ꝙ eſt abſurdum. Recitaui autem ego quomodo Anima & Angeli mouentur de loco ad locum motu continuo dum recitaui ſuperius opinionem Platonis, uide ibi, & uidebi

bis pulcra: ſed intentio Ariſtotelis eſt ꝙ *aīa non moueatur*

TErtium Argumentum ex Ariſtotelis argumento aduerſus Platonem. quia Plato dicebat ꝙ erant tres animæ in homine Vegetatiua in Epate, Senſitiua in Corde, & Rationalis in cerebro. Dicit Aritoteles. Si tres animæ ſunt in homine, ergo quilibet homo ſunt tria animalia, quia per animam aliquid eſt animal cum ergo tres ſint animæ in homine, ergo unus homo erit tria animalia. Ita arguit Alexander. Si anima rationalis eſt immortalis neceſſe eſt ꝙ ſit diſtincta re à ſenſitiua, quia mortale, & immortale non poſſunt eſſe in eadem uirtute. Si ergo intellectiua erit immortalis duæ erunt animæ ſecũdum Phyloſophos diſtinctæ re in homine, & ſic unus homo erit duo animalia, quia eſt animal per unam formam cum ſint duæ formæ, ergo erunt duo animalia dixit ſecundũ Phyloſophos, quia ſecundũ Theologos, ſecus eſt. quia Sanctus Doctor ponit tantum animam intellectiuam in homine. Scotus tamen præter animam intellectiuam ponit formam corporeitatis realiter diſtinctam, ut patet undecima 4. de ſacramento.

POſteriores qui ſequuntur Alexandrum addunt alia argumenta: primo ex uerbis Ariſt. 3. de anima 2. ubi dicit ꝙ ſolus hic intellectus eſt inſeparabilis à materia & loquitur de intellectu agente. quia ſemper intelligit intellectus autem potentiæ non semper intelligit, ideo non eſt ſeparabilis à materia, & in textu 36. 32. de anima. quærit cum intellectus potentiæ non ſit ſeparabilis à magnitudine, an poſſit intelligere ſubſtantias abſtractas, & dicit poſterius dicemus ſupponit ergo intellectum potentiæ eſſe coniunctum corpori. Iſte ſunt authoritates quas adducunt poſteriores addunt rationes quo ꝗ.

PRimo arguuntur ex operum natura. dicunt. n. aut eſt coniuncta materiæ. aut aliqua eſt quæ ſit abſtracta à materia ſi omnis operatio intellectiua eſt coniuncta materiæ, anima quoq; intellectiua eſt coniuncta materiæ, & ita docuit Ariſtoteles *pri. de anima, ubi dicit ſi eſt aliqua eius operatio propria contingit ſeparari ſi non contingit ipſam ſeparari.* Si *ergo eſt aliqua operatio propria animæ intellectiuæ ſeparatur à materia, ſed omnis operatio animæ intellectiuæ eſt coniuncta corpori. quia inquit* Ariſt. *intelligere eſt phantaſia, uel non ſine phantaſia: ideo eſt coniuncta corpori.* Ideo *dixit in de ſonno, & uigilia: ꝙ intelligere noſtrum eſt cum tempore ideſt rem appræhendimus ſub modo quãti. & ita intelligentias: & hinc eſt ꝙ gentes habent uarias appræhenſiones de* Deo. *quia quisq; fingit ſibi ipſum ut uult cum nõ poſſit concipi, niſi per inmaginationem cum ergo non ſit aliqua operatio animæ ſine materia, ergo non contingit ipſam ſeparari, ergo, mortalis.*

S*Ecundo arguitur & fortius ex uerbis* Ariſt. *primo de anima 12. ubi dicit ſi intelligere eſt imaginari, aut non ſine imaginatione non contingit intellectum ſeparari à corpore.* Sed *intelligere eſt imaginari, uel non ſine imaginatione, ergo non contingit intellectum ſeparari à corpore:* Nam *illa propoſitio eſt uera. quia cum ſit disiunctiua una pars per ſe eſt uera. ſ. ꝙ intelligere nõ ſit, ſine phantaſia: quia dicit contingit intellectum intelligentem phãtaſmata ſpeculari, ergo ſequitur ꝙ anima intellectiua ſit coniuncta corpori, & ita mortalis.*

T*Ertio quia ſi anima intellectiua ſit ſeparata à materia finis eius erit notitia intuitiua ſubſtantiarum ſeparatarum. duplex*

enim

.n. habetur notitia ſubſtantiæ ſeparate una intuitiua altera abſtractiua, intuitiua eſt illa quam habuit Paulus quando fuit raptus ad cœlum: Abſtractiua eſt illa quæ habetur per rationes: ſed cognitio intuitiua ſubſtantiarum abſtractarum eſt nobis impoſſibilis, & non eſt finis noſter. Quia dicit Ariſt. 10. Eticorum ꝙ fœlicitas noſtra conſiſtit in actu ſapientiæ: actus aūt ſapientiæ. 6. Eticorum acquiritur demonſtratione, & diſcurſu, & non notitia intuitiua: ꝙ autem anima intellectiua eſſet immortalis, & eius finis eſſet cognitio intuitiua ſubſtantiæ abſtracte patet quia aliæ ſubſtantie abſtracte habēt ſuam beatitudinem apprehendendo à facie ad faciem ſubſtantiam altioris ſubſtantiæ ſeparate.

PRobant idem alia uia. ſ. exparte agentis quia homo, qua homo generat, & generatur: ſed homo eſt, homo per intellectum, ergo intellectus generatur. ita homo qua homo corrumpitur, ergo intellectus corrumpitur quia ſi eſſet æternus homo non corrumperetur. Et confirmatur per Ariſt. qui ſecundo de generatione animalium ꝙ mas præbet formā fœmina materiam. mas ergo homini præbet animam per quam eſt homo. Sed homo qua homo eſt, eſt intellectus, ergo probet intellectum quia eſt eius aīa & ſic educitur ex ſemine, ergo generabilis, & corruptibilis etiā quia corruptio hominis non eſſet ſubſtantialis, ſed ad relationem, quia corrupto homine non perit aliqua pars eius: quia non materia nam eſt æterna non forma, quæ ita eſt æterna, & ſic nihil de homine eſſentialiter corrumpitur ſi uero dicas ꝙ illa eſt diſſolutio ego dico ꝙ illa diſſolutio eſt relatio: & ſic corruptio ſubſtantialis terminabitur ad relationem.

TErtia uia eſt exparte forme quia Ariſtoteles 12. metha. ponens

riens differentias inter cauſas intrinſecas, & extrinſecas. dicit ꝙ cauſæ extrinſece præcedunt rẽ quæ ſit cauſæ uero intrinſece materia, & forma ſunt ſimul cum re quæ generatur: anima ergo Socratis, & eius materia eſt ſimul cum Socrate. ergo generatur cum Socrate quia ſi eſſet perpetua præcederet Socratem.

Contra igitur hanc opinionem ſunt multe authoritates Ariſt. prima eſt pri. de anima ubi dicit marceſcente corpore marceſcit ſenſus quia defatigatur ſenio intellectus uero non defatigatur ſenio, ſed magis uiget in ſenio: etiam ſi anima intellectiua eſt coniuncta materia, ergo habet operationem coniunctam corpori quia talis eſt operatio qualis eſt ſubſtantia rei, & ſi anima intellectiua eſt coniuncta materiæ indiget, ergo organo, ſecundum ſui operationem ſicuti uegetatiua indiget organo propter ſui operationem .ſ. epate ita ſenſitiua indiget corde uiſus oculo. Si ergo intellectus eſt coniunctus materiæ, habet ergo operationem coniunctã corpori: ſed intelligere quæ eſt ſua operatio non fit aliqua parte corporis quia dicit non facile eſt fingere, qua nam parte corporis fiat intellectio, ſed fit in omni parte quia non magis in corde, quã in calganeo: ideo eſt ſeparata à materia operationes autẽ ſenſus fiunt in determinata parte. Et ex 2. de anima ubi dicit, ꝙ alique animæ ſunt inſeparabiles, ut patet de uegetatiua et ſẽſitiua ſicuti perpetuum à corruptibili ideſt ſeparatur intellectiua.

Tertio de anima probat animam eſſe inmortalem. & inquit ꝙ eſt impaſſibilis paſſiones corporis, & ꝙ eſt ſimplex ideſt non miſta materiæ, & in miſtus.

Itẽ. 12. methaphi. dicit diſſoluto corpore remanet intellectus, & illud forte non refertur ad intellectum: ſed ad ii omnes, & forte

non

non omnis anima remanet diſſoluto corpore. Ex 2. *de generatione animalium cap. 3. ubi dicit: q̀ ſola mens extrinſecus uenit: aliæ uero animæ. ſ. uegetatiua, & ſenſitiua educuntur ex ſemine: ſi intellectiua extrinſecus aduenit: ergo ſeparata à materia, & immortalis.* Sed Alexander uidit has authoritates, ideo. Reſpondet, *uideamus igitur eius* Reſponſiones *exponit igitur uerba* Ariſt. Alex. *& pri. ubi dicit, ſeneſcente corpore ſeneſcit ſenſus intellectus autem non ſeneſcit: dicit* Alex. *q̀ non loquitur de ſubſtantia potentiæ quia ipſa ſubſtantia ſeneſcente corpore & ipſa ſeneſcit: ſed loquitur de potētijs ipſius intellectus potētiæ quæ ſunt ſeparatæ à materia, & æternæ: corrumpatur tamen per accidens. ſ. ratione ſubiecti ipſe tamen potentiæ. ſ. intellectus, & uoluntas ſunt æternæ. & ſic exponit alias authoritates præter duas ultimas: illam. 12. metha. ſ. q̀ diſſoluto corpore remanet intellectus: ubi dicit* Alex. *q̀* Ariſt. *loquitur de intellectu agente qui eſt* Deus *intellectus tamen potentiæ corrumpitur ad interitū corporis & ita quoq; exponit aliam 2. de generatione animalium. ſ. q̀ ſola mens extrinſecus uenit: & dicit q̀ per mentē intelligit intellectum agentem, ſed an hoc ſit uerum uidebimus. Sed hic eſt dubitatio quid nam eſt iſta potentia animæ nunquid ſubſtantia animæ. an qualitas an reſpectus.* Vnde *de potentia iſta multæ ſunt opiniones, una eſt ipſius* Pomponatij *qui ſequutus eſt diuū doctorem qui tenet q̀ potentiæ animæ ſint in 2. ſpetie qualitatis & re diſtincte ab eo cuius ſunt potentiæ, & ſicut anima intellectiu. extenditur ad extenſionem corporis, ita illa potentia extenditur ad extenſionem eius & ſic ſecundario extenditur corpori operatio uero quæ eſt intellectio recipitur in potentia illa quæ eſt in*

corpore

corpore non tamen corporaliter, nec modo quantitatiuo hoc eſt diſtu non diuiditur diuiſione corporis, nec extenditur extenſione corporis uide ipſum in ſuis operibus.

EST & alia expoſitio Sancti Doctoris 2. contra gentiles, & fuit expoſitio Auer. 3. de anima. 14. qui dicunt qui illa potentia non eſt qualitas, ſed relatio illius ſubſtantiæ ad intellectionem. quia potentia semper refertur ad aliquid. Eſt & ita relatio ſpiritualis, quia ſpecificat terminos ſuos, & quia terminus ſuus eſt operatio ſpiritualis: quia eſt intellectio quæ uerſatur circa uniuerſalia ita dicemus, ꝙ illa potentia eſt ſpiritualis, & ſic per ſe æterna, per accidens uero corruptibilis ratione ſubſtantiali cui ineſt talis potentia.

SEd hæc opinio non poteſt defendi, primo hæc ſubſtantia eſt cauſata à materia secundum eſſe ergo, & secũdum operationem, nam operatio proportionatur ſuo eſſe. quia operatio non eſt nobilior ſubſtantia operante: nec poteſt habere nobiliorẽ modũ ipſa ſubſtantia. quare ſi ſubſtantia eſt cauſata à materia, & eius operatio erit cauſata à materia & ita eius potentia: & ideo eſt ꝙ ſenſus non percipit uniuerſalia, quia uirtus eius eſt coniuncta materiæ: quia ſi eius uirtus non eſſet coniuncta materiæ apprehenderent uniuerſalia. Si ergo intelligere eſt uirtus coniuncta materiæ: quomodo ergo intelliget uniuerſalia.

EX alio quia Ariſt. dicit ꝙ intellectus eſt incorruptibilis quia recipit notiones omnium formarum ſenſibiliũ, sed hoc ꝙ eſt recipere notianes omnium formarum senſibilium conuenit ſubſtantiæ animæ non potentiæ quia cum ſit relatio non recipit illas notiones ergo Ariſt. concludit ꝙ ſubſtantia intellectus ſit æterna.

Eſt &

Eſt & alia opinio in 2. contra gentiles in prima parte dicit ipſe ꝙ duplex eſt potentia in uniuerſo una quæ reſpicit formas materiales quæ eſt potentia materiæ, & eſt æterna.ergo, & potētia quæ reſpicit formas inmateriales. ita ꝙ eſt in potentia ad omnes alias debet eſſe æternum,sed potentia illa eſt potentia intellectus ergo intellectus eſt æternus. quia natura ſemper habet maiorem ſollicitudinem de perfectiori. Si ergo potentia quæ eſt imperfectio eſt æterna,ergo & potentia intellectus eſt æterna cum ſit nobilior: etiam quia natura non producit per ſaltus extremos, ſed gradatim. Nam prius facit elementa, deinde miſta, deinde animal, deinde hominem, ergo in natura datur forma coniuncta materiæ ſimpliciter & ſecūdū eſſe datur forma ſimpliciter ſeparata per ſe et per accidēs,ut ſubſtātiæ ſeparatæ,nā neq; ſecūdū eſſe neq; ſecūdū operari coniugūtur materiæ. intelligunt.n.ſimplici intuitu, & ſine diſcurſu, ergo debet dari uirtus quæ eſt ſeparata ſimpliciter coniuncta per accidens & talis eſt intellectus ergo erit ſeparatus ſimpliciter: per accidens uero coniunctus materiæ rōne ſenſus cui neceſſario colligatur igitur Ariſt. in libro de ſomno, et uigilia. Dicit intelligimus cum continuo & tēpore, ideſt apprehendimus res cum quantitate etiam ſi careant quantitate: Sed quia dixit ꝙ natura non producit extrema per ſaltus, ſed gradatim, an ſit uerum dico, ꝙ non ſemper eſt uerū propter illud ꝙ dicit Doctor Subtilis in 2. ſententiarum. d. 2. q. de motu grauium, & leuium uide ibi.

Ego aūt dico de mēte Alex.ꝙ Alex.intellexit potētiam intellectiuam quæ eſt in anima ad intelligibilia, & ideo eam dixit eſſe uirtutem in corpore non quia talis potentia habeat organū

corporale, ſed quia eſt uirtus informans corpus, & non propter id ꝙ adducit Auerroes *in impugnatione ſuæ opinionis*. *Et ſic concluditur de mente* Alexandri *ꝙ ſubſtantia animæ rationalis eſt corruptibilis. potentia per ſe eſt incorruptibilis, licet per accidens corrumpatur ad corruptionem eſſentiæ animæ, & licet finis animæ rationalis, & ipſius hominis ſit fœlicitas.* Vt 10. *Etiſ eorum dixit* Ariſtotiles, *& clarius* Auerrois 3. *de anima* 36. *& etiam* 12.*metha. uidetur dicere* Ariſtotiles, *& eſt duplex, una actiua quæ conſiſtit in uirtutibus moralibus, & maxima in maxima uirtute quæ eſt prudentia, & talis non eſt ultima fœlicitas hominis, ſed ultima eſt ſpeculatiua quæ eſt notio ultimi entis*. *Et illa prima ordinatur in hanc ſicut bellum in pacem, & motus ad quietem & talis eſt notio ultimi entis, & ex fœlicitate iſta contẽplatiua poſſumus arguere mortalitatem animæ ſecundum opinionem* Ariſtotelis. *Et non reperitur locus magis efficax ad tenendum mortalitatẽ animæ quã in* 12. *metha.*39. *& licet in* 12.*metha.* 17. *dixerit omnis nãqꝫ in poſſibile forſan: loquitur ibi dubitatiue, ſed in eodem loco præallegato ſe determinat, ubi inquit deductio autem qualis optima paruo tempore nobis. ſic.n. illud quidem impoſſibile.*

R*Eſtat alia difficultas authoritatis* 7. *Metha.quæ dicebat differt cauſa efficiens à formali quia efficiens præcedit rem cuius ipſa eſt efficiens, forma uero ſimul eſt cũ cõpoſito, poſtea uero dubitauit, nunquid aliqua remaneat poſt compoſitum, quia forte non erit, uerum de omni forma. de rationali autem nihil prohibet ꝙ remaneat diſſoluto compoſito, & illud uerbum forte refertur ad omne non ad intellectum.* Auerrois, *inquit ꝙ* Alexander *exponit illa*

nit illa uerba de intellectu agente, inquit, quidam modernus. ꝙ ſi uera eſt commentatio illa quam habemus ſub nomine Alex. dicit, ꝙ Alex. nõ exponit de intellectu agente, ſed de aĩa rationali quia dicit anima quæ eſt compos rationis remanet diſſoluto corpore. quæ uero non eſt cõpos rationis nõ remanet, ſed anima quæ eſt cõpos rationis eſt anima rationalis, & forma: intellectus uero agens non eſt forma: ſed Deus. Secundum Alexandrum. Ad hoc Reſponderem pro Alexandro concedendo totum. ſ. ꝙ anima quæ eſt compos mentis remanet &c. Et cum dicit ꝙ anima rationalis, quæ eſt compos mentis eſt intellectus, & forma: ſed intellectus agens non eſt forma. Dico ꝙ duplex eſt forma. ſ. dans eſſe, & iſto modo intellectus agens. ſ. Deus eſt forma, alio modo forma capitur pro forma conſtituente eſſe quia eſt forma informans, & ſic intellectus agens qui eſt Deus non eſt talis forma. ſ. forma informans quæ eſt conſtituens eſſe ſimiliter dicatur de forma terminãte generationem effectiue, & eſt Deus & terminãte formaliter. Pomponatius aliter exponit. qui dicit ꝙ Philoſophus non loquitur de intellectu humano, ut intellectus humanus: ſed ut eſt intellectus ſimpliciter quia ei ut eſt intellectus non repugnat perpetuitas quoniam omnes alij intellectus ſunt perpetui, & per cõſequẽs non repugnat ei ut remaneat diſſoluto compoſito, ut tamen eſt intellectus humanus eſt generabilis, & corruptibilis eſt.

SED *modernus quidam excellentiſſimus impugnando opiniõnem Petri Pomponatij dicit ipſe ꝙ iſte ſunt nugę: quia Ariſt. loquitur de intellectu terminante generationem, quia dicit forma eſt ſimul cũ compoſito, ſed intellectus terminãs generationẽ eſt intellectus humanus & non intellectus ut intellectus.*

DIco ꝙ terminare generationem poteſt dupliciter intelligi uno modo effectiue, alio mō formaliter: ſed intellectus formaliter terminans generationem eſt ſubſtantia animæ rōnalis, & extrinſecus aduenit, ideſt non cauſatur à materia ſicut ſenſitiua, & uegetatiua quia iſte duæ terminant generationem, & traducuntur ex potentia materiæ, hoc eſt uirtute effectiua ſeminis maris traducitur generatio ex ſanguine meſtruo mulieris: & dico ꝙ concedo quæ formaliter terminat productionē extrinſecus uenit.ideſt non educitur de potentia materiæ, quia anima intellectiua, nec quātum ad eſſe, nec quantum ad non eſſe continetur in uirtute actiua agentis naturalis iſta productio quæ eſt corporis animati per ſe eſt ipſius compoſiti, & per accidens eſt ipſius animæ intellectiue ex quo ſequitur ꝙ iſta productio quæ eſt animatio non eſt mutatio, et ex conſequenti nō eſt generatio: ſed actio productiua, ſiue methaphiſica, de qua loquitur Ariſt. in principio 9. metha. quomodo dicitur ꝙ potentia dicitur in pluribus quam eorū, quæ dicuntur ſecundum motum, & tamen propter hoc non ſequitur ꝙ ſit ſimpliciter incorruptibilis, ut demōſtrabo infra, Dicit iterū iſte doctor, ꝙ dicit Ariſto. ꝙ intellectus eſt qua homo eſt: ſed intellectus agens non eſt qua homo eſt, quia eſt Deus, ergo &c. Ad hoc: dico ꝙ intellectus agens eſt, qua homo eſt effectiue, uel formaliter effectiue concedo formaliter nego.

ITerum dicit ꝙ Ariſt. loco prææallegato: dicit omnis cauſa efficiens præcedit tēpore id cuius eſt efficiens non omnis forma præcedit compoſitum, ergo efficiēs, & forma differunt nō oīs forma di co præcedit, quia omnes aliæ generantur cum compoſito præter rationalem quæ præcedit ipſum: ſed hoc eſt falſum, ꝙ anima rationalis

tionalis præcedat compoſitum, quia anima eſt plurificata ad pluri-ficationem corporum humanorum: ſed quia ipſe tenet unitatem in-tellectus, & ꝙ non poſſit multiplicari(quam opinionem ſuperius reprobaui) & teneo animam multiplicari, & angelos qui ſunt eiuſdem ſpeciei multiplicari, uidete ibi quia omnia ſunt clara, dicāt quidquid uelint iſti Phyloſofaſtri.

RESTAT modo Reſpōdere ad rationes Alex. & ſi ingenioſa ſit opinio ipſius. tamen non teneo, quia dico intellectū agentē, et poſſibilem eſſe partem animæ noſtræ, & ſunt duæ potentiæ animæ intellectiue eædem realiter, diſtinctæ tamen formaliter, ut inquit Scotus, uel ſecundum modum, ut dicit Auerrois. Vnde prima ratio fuit ex diffinitione animæ quia inquit anima eſt actus primus corporis. Si actus primus corporis ergo finis corporis: ſed finis ſemper eſt inſeparabilis ab eo cuius eſt finis ergo anima rationalis eſt in parabilis. Dico ꝙ argumentum eſt falſum quia bene anima ē actus primus corporis, & per conſequēs finis: cū addis ergo inſeparabilis, dico ꝙ hoc eſt falſum. ideo dicit Auerroes ꝙ equiuoce dicimus animam uegetatiuam, & ſenſitiuam, eſſe actum primum corporis, & intellectiuam: quia illæ ſunt actus primus corporis. ut traducuntur ex ſemine: rationalis uero ut extrinſecus aduenit: ſed an iſta Reſponſio ualeat & ſatisfaciat Alexandro: dicam inferius ꝙ licet extrinſecus adueniat tamen propter hoc non eſt ſimpliciter incorruptibilis: ſed nō corrūpitur eo modo quo aliæ corrumpuntur.

AD ſecundum quia ſi perpetua eſt remanet diſſoluto compoſito ideo per ſe mouetur. Ad hoc Reſpondent philoſophi, ꝙ aīa intellectiua non mouetur, neq; per ſe, neq; per accidens, & per

iſtud

iſtud probatur ꝙ anima moueatur per ſe: quia hic non erat anima poſtea genito Socrate aduenit anima, ergo huc mouetur anima ꝙ eſt falſum. Dico ꝙ hoc argumentum eſt commune Theologis, et philoſophis, quia ipſi etiam habent ſoluere. quia ipſi tenent, ꝙ aĩa eſt tota in toto, & tota in qualibet eius parte argumētor igitur ſic augeatur ergo corpus ita ꝙ tranſmutetur ſanguis in carnem. Tũc anima rationalis ibi accedit & tamen prius non erat, & hoc non eſt, ut moueatur corpus: quia ſtat generatur ergo illa pars & ꝙ generatur nõ mouetur ergo aĩa per ſe mouebitur, et ſic anima rõnalis ex ſe mouebitur loco.

VNde reſpondendo ad argumentum, ſecundum philoſophum: dico ꝙ anima rationalis non eſt mutata loco dices hic eſt, & prius non erat ergo mutatur loco: dico ꝙ non ſequitur: quia illud dicitur moueri, ꝙ ſui mutationem transfertur. de loco ad locum: ſed anima rationalis in Socrate nato. licet transferatur de loco ad locum: tamen non mouetur niſi ratione partis ideſt corporis. Non enim mouetur Motu locali: ſed motu alterationis. mouetur.n.corpus quia diſponitur ad animam rationalem: ideo facta diſpoſitione: anima rationalis introducitur in ſocrate: Et ſic non ſequitur ꝙ moueatur anima rationalis, nec per ſe nec per accidens.

AD illud dico cum mouetur Socrates non mouetur anima rationalis eius ad motum corporis: dico ꝙ non: ſed tantum forma materialis mouetur ad motum corporis per accidẽs: forma uero in materialis non neq; per ſe, neq; per accidens: Et ratio eſt qa in materiale non habet conditiones materiæ: motus uero eſt conditio materiæ. & ita anima iatellectiua non mouetur, nec per ſe nec per accidẽs. Et iſto mõ probatum fuit ab Ariſtotele 8. phiſicorum

corum ꝙ primus motor eſt ſimpliciter in mobilis. Licet oppoſitum demonſtrauerim recitando opinionem Platonis ꝙ anima moueatur per ſe motu locali, quia de ſtella ſibi compari ad corpus, ſed de his ſatis.

AD Tertium dico concedendo, ꝙ in homine ſunt duæ animæ realiter diſtinctæ, & Ariſt. 2 Eticorum dixit duæ animæ ſunt in nobis, & ita dicũt Themiſtius Ioannes Grãmaticus Simplicius, et multi Peripatetici, nã intellectiua non poteſt ſuplere operationem ſenſitiuæ: quia intellectio ſeparatur à conditionibus materie: ideo non poteſt ſufficere operibus ſenſitiuæ: quoniam illa opera ſunt cum conditionibus materiæ: cum uero dicis unus ergo homo erit duo animalia. Quia ſicuti ipſe arguebat contra Platonẽ, ꝙ tres ſunt animæ in homine realiter diſtinctæ, quarum una non reducebatur in aliam, ut in principio huius quæſtionis declaraui, ſecundum ꝙ recitat Galenus in dictis Hippocratis, & Platonis. Ariſt. autem ponit unum membrum principale ex quo reliqua habent ortum & ad ꝙ reliqua reducuntur: dico ergo ꝙ & ſi Ariſt. ponat duas animas realiter diſtinctas ponit tamen ꝙ una reducatur in alteram. ſ. ſenſitiua in intellectiuam: quia ſenſitiua ſe habet ratione materiæ: ideo non ſequitur ꝙ unus homo ſit duo animalia, quia illa ſenſitiua coniuncta cum rationali tanquam forma ultimata facit hominem eſſe unum animal.

REſpondeamus ad argumenta ipſius Alexandri et ſequaciũ, et prima uia fuit ex natura operationis: qa uel eſt aliqua operatio ſeiuncta materiæ uel nulla &c. Dico ꝙ omnis operatio animæ rationalis eſt ſeiuncta à corpore. quia uniuerſalis, & non ſit in aliqua determinata parte corporis. Sicut uiſus, & auditus.

Omnia

Omnis tamen operatio animæ rationalis eſt coniuncta corpori per accidens: quia ſecundum eſſe eſt coniuncta ſenſui: ita ſecundum accidens eſt coniuncta corpori. cur ex quo intellectus noſter uerſatur circa senſibilia: senſibilium autem imagines producuntur in senſu quum coniungitur cum senſu intellectus.

ET ſic uniuerſali quadam ligatione intellectus iungitur cum senſu non propter peccatum primi parentis, ut dicit Auguſtinus, ut allegatur à Scoto in 3. parte 3. diſt. primi. q. 7:

ET S secundum argumentum ſi intelligere eſt phantaſia, uel non ſine phantaſia. ergo non poteſt separari à corpore: sed ſi bene reſpiciamus ad uerba Themiſtij, & ſancti Doctoris facilis eſt Reſponſio inquiunt iſti. dupliciter. n. dicitur uirtus coniuncta corpori per se alia per accidens: per se ſicut senſus uerſatur circa corporalia, alia eſt uirtus cõiũcta materiæ per accidẽs, et ſic eſt intellectus quia coniungitur senſui, qui senſus ſimpliciter eſt coniũctus corpori, ideo intellectus coniungitur corpori per accidens. Ad argumentum ſi intelligere eſt imaginatio, uel non ſine imaginatione non contingit ipſam separari uerum eſt uel per se, uel per accidens. per se ut senſus. per accidens, ut intellectus. & ſic intellectus eſt inſeparabilis per accidens: & non separatur ſimpliciter à corpore, ut coniungitur senſui.

AD illud quia dicit Ariſtoteles, fœlicitas ultima eſt contemplatiua quæ eſt ſapientia: ſapientia autem eſt cum diſcurſu: dico ꝙ ibi loquitur Ariſt. inquantum ſpectat ad moralem philoſophiam: quia moralis philoſophus habet cognitionẽ Dei. ꝙ ſit, ſubſtantia separata ꝙ ſimplex cuius ſignum eſt: quia dicit infra aliqd plus dicere eſt extra propoſitum: quia declarare ultima fœlicitatẽ.

Eſt negocium

Eſt negocium methaphyſici, & Ariſtoteles 12. metha declarans uit talem fœlicitatem intuitiuam tex. cõmenti 39. deductio. n. qualis optima &c.

E Rat aliud argumentum ex agente: quia homo, qua homo generat. Sol. n. & homo generant hominem: ſed homo eſt homo per intellectum, ergo intellectus generatur. ergo homo qua homo generatur, & corrumpitur.

A D hoc dico ꝙ ratione primi ſignificati: eſt falſum ſiſta homo, qua homo generatur, & corrumpitur: quia homo principaliter ſignificat intellectum. Scitis. n. ꝙ omne concretum ſignificat duo. primo formam: ſecundario conſignificat: ſubiectum cui ineſt. & ſic homo, qua homo ſignificat animam rationalem, & ſic ratione primi ſignificati homo eſt ingenerabilis. & incorruptibilis: ſed quia ſecundario connotat corpus, ꝙ habet animam ſenſitiuam eſt corruptibilis.

E Rat aliud ex natura formæ dixit ꝙ argumentum eſt leue qa iſti non reſpiciunt ad omnia uerba Ariſtotelis, quia forma ſeparata à materia non generatur ſimul cum compoſito, quia præfuit licet aliter dixerim ego ſuperius.

E Rat argumentum quia quæ remanent diſſoluto cõpoſito ſunt elementa & ſic materia.

A D hoc dicit quidã doctor ꝙ quæ remanent diſſoluto compoſito ſunt materia, quia uerũ eſt uniuerſaliter in omni corruptione, anima uerò ſi remanet poſt diſſolutionẽ corporis eſt quodam particulare: ideo non ſequitur ꝙ anima ſit elementum, & materia: ſed forma eſt. ego uero inferius dabo aliam expoſitionẽ, & quomodo Ariſtoteles dixit contra Platonem. Et ſic eſt finis

huius quæſtionis ſecundum Alex. *cum dei laude.*

Opinio Auicennæ.

NOtandum eſt ꝙ *Auicenna cum Algazele. Videtur cũ magno philoſophorum principe diſcrepare. Scripſit nanq; in 4. de anima.* ꝙ *animæ ſunt duplicis naturæ. quædam. n. ſic ſunt elatæ nobiles & tam grãdium & mirabilium operationum. ut non operentur in corpore proprio factis alterationibus, & tranſmutationibus. uerum etiam alieno abſq; medio quale opus oculi faſcinantis & exterminationem operantis exiſtit. uelut. n. hunc hominẽ deicere in puteum. & camelum in caldarium. Cum.n. anima alicuius fuerit huiuſmodi intendens corruptionem cuiuſcunq; inmediatæ ſibi cui obijciat ceditur obediens tranſmutando, & corrũpendo ipſum ad ſuæ uoluntatis imperium. Sentit. n.* ꝙ *natura inferior, tãquam nobilioris obediat nutu ſuperioris: & ideo anima talis infirmos ſanare poteſt: & ſanos debilitare prauare naturas. & permutare elementa: adeo, ut* ꝙ *non eſt ignis: ignis efficiatur, &* ꝙ *non eſt terra, terra efficiatur: & pro uoluntate talis animæ contingunt pluuiæ fertilitates. obſorbitio à terra, & mortalitas, & hoc ideo, qa materiæ animæ tali multo amplius obedit quã unum contrariorum agentium alteri ſuperando ipſum* ꝙ *autẽ ipſum mouit fortaſſis: ita ſuperſtitioſe in phiſionomia narrare cuius eſt cauſam omnium propriam aſſignare,* ꝙ *autem acquieuit in cantationibus, & faſcinationibus quæ ponuntur ab earum defenſoribus prouenire ex uirtutibus animæ prætactæ, quas ſuſcipit à cœleſtibus prout eorum motuum, & lucis facta eſt imago: induẽs enim huius uirtutem non ſolum mouere habet corpus ſibi coniunctum, uerum totum, q ſubiacet ſphæræ quam mouet eius motor*

cuius extat imago: habet nãq; duo ea, & q; eſt anima, & q; eſt imago motoribus ſpheræ, ut Saturni, uel Iouis, aut talium. Ita ut conſequatur reſultationem, & umbrã quandam illius uirtutis unde mouet ea quæ illis ſubiacent ſphære. cum ſecundum propriã moueat uirtutem impedit materiam, aut impedire ualet à ſuo actu & ordine: cauſam non alicui animæ Chriſticoli principaliter ue= rum uirtuti diuinæ operanti hæc ſupernaturalia miranda. Hæc nõ parum, ut apparet opinio Peripateticis, facta eſt ridiculoſa: uide Conciliatorem differentia 135 quia prolixius loquitur ibi de tali materia. Eſt autem, & alia anima debilis infirma non ualens in operationem absq; inſtrumentis, & medijs deuenire. uelut appa= ret in ſcannificante. qui formãm ſcãni in ipſum introducere nõ ua= leat, niſi per inſtrumenta & media propter debilitatẽ, et ocioſita= tem ipſius animæ: hic itaq; modus conuenit magis cum ſententia Ariſtotelis, & Cõmentatoris. Nullam operationẽ ab aliquo pro= uenire, ſine motu & tranſmutatione in hæc inferiora: imò omne agens quantũcũq; fuerit magis diſtans à contactu patientis pluri= bus inſtrumentis, & etiam medijs indigere. ut contrahatur. & de articuletur ad operandum: cuius tamen oppoſitum ſatagit legis ueritas ſapere ponentis creaturarum creatorem ipſas inmediate absq; motu, & alteratione producere: & potentiam in hoc habe= re. Pro iſta opinione Auicennæ ponit Doctor Pariſienſis in 2. de anima in fine dubio 3. aliquas propoſitiones de mente iſto= rum. Prima omnes animæ humanæ ſunt eiuſdem ſpeciei, non ta= men omnes ſunt æquales in uirtutibus, & proprietatibus: accidit enim aliquem eſſe inmerſum materiæ aliquem multum eleuatum in materia. Secunda propoſitio anima humana quãtũcũq; modicũ eleuata in nobilibus proprietatibus, poteſt tranſmutare corpus

 extrinſecum

extrinſecum mediantibus qualitatibus intermedijs: & aduerte ꝙ ad hoc ꝙ anima ſit potens, ad iſtas tranſmutationes requiritur fortis, & fixa affectio, & ꝙ illud ſubiectum ſit diſpoſitum ad tráſmutationem. Requiritur etiam ꝙ talis anima non ſit paſſionibus ſenſibilibus ſubdita ex quo infertur: ſecundum Auicenna ꝙ non quælibet anima humana quãtũcũq; in ſuis imaginationibus, uel affectionibus fixa. Poteſt corpus alienum modo prædicto realiter tranſmutare: quia non quælibet eſt eleuata nobiliter, & à paſſionibus ſenſibilibus ſemota: Vnde non uidetur, ꝙ corpora ſuperiora non poſſint producere uirtutes nobiles in anima magisq; in lapidibus precioſis, uel ſaltẽ diſponere corpora: ſed uidemus mirabiles uirtutes ẽẽ in lapidibus. igitur põt iſtud declarari per experientiã: uidemus. n. ꝙ aliq̃s ſuper anguſtã trabẽ extẽsã ſuper terrã ſecure ambulat, & tamen ſi eſſent ſuper profundam aquam non ſic tñſiret: dicit ẽt Auicẽna gallina uincit gallũ in pugna erigitur qua ſi eſſet gallus, & eleuat ſuam caudam ſicut gallus, & quãdoq; illi naſcitur cornu in crure ſicut gallo. & iſta non ſunt, niſi ex forti imaginatione, & exiſtimatione. dicit. n. Ariſt. 8. de Hyſtorijs animalium, ꝙ cum gallina uicerit gallum tunc conatur coire ſicut gallus, & iſta non uidentur, niſi ex forte imaginatione igitur &c. Et modus ponendi poteſt eſſe talis: nam ſicut eſt lumen, ꝙ eſt ſpecies lucis eſt productiuum coloris ſic ſpecies albedinis, & rubedinis exiſtente in imaginatiua ſunt productiuæ albedinis, & coloris de tali materia per optime loquitur Dominus Petrus Carrarius de monteſilice cap. de ueneno quaſi confirmando opinionẽ Auicennæ inquit ipſe ꝙ licet de ratione ueneni ſit eſſe perentium. non tamen de neceſſitate eſt ꝙ aſſumens uenenum actualiter pereat:

r eat. quia actio ueneni multis modis poteſt impediri: principaliter uerò rõe formæ beZoartice uirtuti uenenoſe cõtrarie ſiue ſit uirtus iſta in re ſimplici, ut in plantis multis, aut mineralibus, uel in alijs ut lapide beZoar appellato, & in multis alijs, ſicut patet auctoritate Auicennæ in ſuo de lapidibus. De quibus etiã omnibus has, & alias in eis aſſignat uirtutes Albertus Magnus in ſuo de mineralibus, & hoc etiam ſiue iſta uirtus ſit in compoſito cuius ſit complexio ſecunda ex miſtis reſultata. ut in tiriaca, & mitridato, & alijs: quas medecinas ſciunt homines perfecti ingenij cum intelligentijs coniuncti quibus ſit reuelatio diuina miſericordia Dei propter ſalutem noſtram cui laudes ſint infinite: Poteſt etiam eſſe uirtus iſta in aliquo ſimplici cum quibuſdam uerbis collecto. aut rationibus certo punto, & tempore prolatis ꝙ tunc conſurgit uirtus pernicioſa ualde, & hoc quidem euenit ratione animæ affectuoſe proferentis talia uerba. cum propter exceſſiuã imaginationem fertur cum grandi impetu, & cætera ei obediũt ut uidetur ſentire Auicenna in 6. naturalium: poteſt etiam eſſe ut inquit ipſe ꝙ talia uerba cum quibuſdam conditionibus prolata ab aliquo ſpirituali recipiunt uirtutem, & inquit Doctor iſte ſe uidiſſe in morſu uipere ꝙ uulgari ſermone dicitur elmaraſſo oculata fide cui ægrotanti ab uno ueneto datus fuit ciatus aquæ putei cum puluere terræ, cum quibuſdam caratheribus, & uerbis in terra eadem ſcriptis, & prolatis: quibus potatis ſubito euomuit, & ex hoc inde conualuit, & antea propter intenſiſſimos dolores lãguebat. Ego autem multos uenenatos ſanaui ſolum cum potu aquæ ſupra quã dico aliqua uerba flexis, & nudis genibus ſine armis, et omnes fuerunt ſanati, & ualet contra omne uenenũ etiam exper-

tus

tus ſum in peſtilentia, & omnes qui potarunt huiuſmodi aquā reſtituti fuerunt ad ſanitatem uirtute diuina mediante.

POteſt etiam eſſe talis uirtus in aliquo ſimplici cui artificialiter ſit aliqua imago īpreſſa, ut ꝙ ex illo naturali et artificiali perficiatur unum habens uirtutē beZoarticam, & hoc eſt ꝙ dicit Conciliator. In capitulo de uenenis inquit ipſe aliud eſt ꝙ ſcriptum in libro regum; ꝙ ſi ſculpire feceris in lapidibus emantis uirum cintū ſerpēte cuius caput teneat dextera manus: & caudā ſiniſtra poſuerisq; lapidem hunc in auro anulo, & ſub lapide poſueris radicem ſerpentariæ tritam portaueriſq; hunc anulum ab omni ueneno præſeruat, & inquit talem feciſſe præparare, & ad talem uſum ſeruari. Sed oportet. Reſpondere ad Auicennam cū eius opinio ridiculoſa ſit Peripateticis, ꝙ licet anima ipſa ſit multum nobilis. tamen nō poteſt aliquo pacto agere inmateriā extrinſecam. Verum tamen ipſa anima poteſt in ſuo corpore excitare operationem aliquam, & hoc mediante magna phātaſia ipſum taliter diſponere, ut ſpe accepta ab incantante fiat aliqua ſanatio, & non aliter quā mediante forti imaginatione: & hæc Reſpōſio colligitur ex ſententia Ariſtotelis problematum particula 7.

SED ſiquis dicat contra. Aliqua incantatio poteſt mediante bono Angelo bonum operari, & mediante malo ideſt demone malum operari. Ad hoc dico ſecundum ſententiam Ariſtotelis non eſſe uerum ꝙ ſint Demones, nec alij Angeli: & hoc quia ut apparet 3. de anima, & 11. metha. præter animam intellectiuam, & ſubſtantias ſeparatas mouentes orbes, & Deum benedictum non ſunt aliæ ſubſtantiæ ſpirituales: ideo non erunt iſte incantationes, niſi ſenſuum dilluſiones. Vnde ſine dubio iſti

demones

demones uidentur remori ab opinione Peripateticorum ſapientũ, quia ſi demones ſunt, aut ſunt corpora, aut ſubſtantiæ ſeparatæ, ſi corpora, aut naturalia, aut uiolenta. Si uiolenta ergo non perpetua, ſi naturalia, uel miſta, uel ſimplicia. Si miſta ergo corruptibilia: Si ſimplicia ergo mouentur, uel circa medium. & ſic cœlum, uel à medio, & ſic ignis, uel aer, uel ad medium, & ſic terra, uel aqua. Si uero dicatur ꝙ ſunt ſubſtantiæ ſeparate, tunc ſequuntur multa ꝙ in eis non ſit malitia. quoniã malitia eſt rõne materiæ, ut dicitur. 9. metha. tex.com.22.ibi n. ſemper eſt uirtus & bonitas, &c. Secundo ſequitur ꝙ non poſſint corporaliter operari: quoniam à uirtute ſeparata non prouenit nouum ſecundum fundamenta Ariſtotelis, & Commentatoris, ſed quomodo intelligitur, hoc diſputaui in fine huius operis, uide ibi 3. non poterit uere actus animales, & uitales & humanos facere.

EX alia parte oportere: quoniã Philoſophi uidẽtur effectus, et operatiões mirabiles quas oportet hẽre agẽtia. niſi eſſet factũ ſine faciẽte & motũ ſine mouente contra principium 7. phiſicorum. & operationes ille, & effectus illi de neceſſitate reducitur, uel in corpore, uel in uirtutem extra corpus: quoniam non datur medium ſecundum Auerroem pri.meth. com 39. & ideo nõ uidetur ꝙ poſſint multi eorum reduci in corpus ſolum. ut ſunt locutio ad propoſitum inlenreg intis diſputatio in ſcientijs. & ſimilia: & ſic oportet eos reducere ad formas ſeparatas. igitur dico, ꝙ opinio noſtræ legis ueriſſima eſt, et optima, et negare illa eſt ſignũ infirmi intellectus, ſicut dicit Ariſt negare ſenſum propter rationes eſt ſignum indiſcreti uiri: ſed Ariſt. in problematibus recitat in litteratus ſubito factus fuit litteratus. & non poteſt reduci in

alıqnum

aliquam ueram cauſam naturalem, ut patet intelligenti ergo dantur demones, & confirmatur hoc authoritate Platonis, ut narrat Apuleius ponentes demones multos habitantes, et cõuerſantur nobiſcum qui etiam uidetur ad nos attendere, & uerbis noſtris, & caratheribus turbari, & placari. & hoc probat communis fama & aliqualis experiẽtia quam uidi in eccleſia Sanctiſſimi Antonij de Padua: & iuſta, hoc eſſet dicendum ꝙ operatio propria iſtorũ ſpirituũ eſt ĩtelligere uniuerſalia, et particularia licet in perfectiori modo quã intelligentiæ perfectius, ac excellentius, quam anima, quia non ſunt corpori applicata. & nota ꝙ Angelus poteſt aſſumere corpus, formare uocem, & eſt uera uox, & ſignificatiua, & omnem operationem, quam habẽt Angelus per corpus aſſumptum. quantum ad cognitiones, puta uidendo, audiendo ſunt tantum cognitiones intellectiue, quas intellectiones poteſt exprimere formando uerba, & mouendo linguam localiter corporis aſſumpti. Nota etiam ꝙ ſpiritus delectantur cum puellis, ut Apuleius inquit quantum ad manſionẽ: & alijs operibus: ſed Doctor Subtilis Scotus in 2. diſt. 8. quærit nũquid iſti ſpiritus poſſint generare. Dico ꝙ ſententia Doctoris eſt ibi, ꝙ ſpiritus non poſſunt generare, quia ſecundum Philoſophum tres ſpiritus, & tres calores requiruntur in generatione. ſ. Spiritus naturalis, & uitalis, iſti duo ſunt in Angelo, & ſpiritus animalis iſte non eſt in Angelo requiritur etiam calor cœli calor elementi, & calor animalis, & iſti non ſunt in Angelo igitur non poteſt in corpore generare, & ſi dicas ꝙ filij Dei ideſt Angeli generarunt, ut patet in Biblia, dico ſecundum Auguſtinum ꝙ per filios Dei intelligũtur filij Sem qui uixerunt, ſecundum Deum: & per filios homi-

num

num filiæ Chaim intelliguntur quæ uiuebant ſecundum carnem & non ſecundum Deum.

ET ſi arguatur de hiſtoria Britonum qui tenent Merlinum fuiſſe generatum à Demone, Reſpondetur, ut Scotus ibi dicit ꝙ hoc eſt, quia Demon prius fuit ſuccubus, ideſt in forma mulieris ſub uiro poſuit ſe, & accepit ſemen, & conſeruauit in debita caliditate, & uirtute ad generandum. Deinde fuit incubus, ideſt concubuit cum muliere, & illud ſemen prius deciſum a uiro poſuit in matrice mulieris, et sic genitus eſt Merlinus, et sic generabitur Antichriſtus. ipſi tamen non proprie generant: quia ad generationem primo requiritur conſtitutio ſeminis quod fit ex omnibus partibus hominis, & maxime de capite, & hoc non habuit demon in corpore aſſumpto, nec poteſt ex ſe decidere ſemen ſed ſemen deciſum a uiro poteſt ponere in muliere, ſed de his ſatis ad propoſitum noſtrum.

SCotus uolens probare primam propoſitionem. ſ. animam eſſe formam ſpecificam hominis adducit unam rationem Sancti doctoris quæ ratio præſupponit unum in philoſophia. ſ. ꝙ forma cognoſcitur per operationem & materia per tranſmutationem, & ideo philoſophus primo phiſ. dicit ꝙ materia cognoſcitur per analogiam ad formam: licet ſecundum Scotum in 2. d. 12. ſit etiam per ſe cognoſcibilis, quia inquit Doctor ibi ꝙ materia in ſe ſecundum ſuam eſſentiam eſt cognoſcibilis. & ꝙ philoſophus indiſtincte, & in uniuerſali loquitur de motu uſq; ad quintum librum, & ideo conſideratio eiuſdem materia ſe extendit ad ſubiectum tam mutationis, quã motus: loquitur. n. ibi non ſolum in generatione: ſed etiam in alteratione, & hoc eſt, quod inquit Auerrois in commentatione

mentatione magna ꝙ de iſta materia loquitur Ariſto. in 4. textu prohemij phiſ. ex quo ſequitur contra illos qui dicunt Ariſtotelem tantum ibi loqui de materia in cauſando: & non in prædicando: et ſic dicit Scotus ibi loquendo de materia, ut habet ordinē ad nāſ mutationem: ſic nec ſubiectū motus, nec mutationis eſt ſcibile per ſe, nec ſcitur per ſe, ſed in comparatione ad illud: ſed non ſequitur ꝙ non ſit alio modo ſcibile: uide ibi Scotum: Iſto præſuppoſito ſic formal rationem ſuam Sanctus Doctor: Intelligere eſt à propria operatio hominis, ergo eſt à propria forma, ergo intellectiua eſt propria forma hominis: ſed dicit Doctor ꝙ iſta ratio non concludit, quia in 3. parte 3. d. pri. q. 7 ponit ipſe, ꝙ intellectio quæ eſt propria hominis: Secundum S. Doctorem non eſt ab intellectu: ſed ab obiecto intelligibili, uel à fantaſmate, quia dicit ꝙ intelligere eſt in quoddam pati: ſimiliter uidetur etiam eſſe opinio Godifredi in eadem q. ſed ꝙ recitat Doctor Subtilis, ꝙ tantum obiectum eſt cauſa intellectionis, & nullo modo intellectus, & argumentatus eſt ſic non eſt intellectus in habitu. i. informatus ſpetie intelligibili quia ſecūdum iſtam uiam negatur omnis ſpeties intelligibilis: neque intellectus poſſibilis nudus, quia ſecundum eos nihil idem poteſt agere in ſe ipſum quod ipſi probant cū agens ſit tale in actu quale paſſum eſt in potentia, ut apparet 3. phiſ. & primo de generatione ſequitur tunc ꝙ idem eſſet in potentia, & in actu ꝙ primo uidetur eſſe oppoſitum primi principij methaphiſici noti per rationem actus, & potentie, & tunc idem eſſet efficiens & materia ꝙ uidetur eſſe contra philoſophum 2. phiſ. materia, & efficiens non coincidunt item ꝙ intellectus poſſibilis nudus cauſaret intellectionem, & reciperet eam, ergo idem eſſet agens, & patiens, ſed agens,

agens, & patiens ſunt relationes reales præſupponunt extrema realia, realiter diſtincta ergo idem eſſet realiter diſtintum à ſeipſo ꝙ nõ ſit fantaſma probatur quia illud eſt improportionatum quia eſt extenſum materiale, ideo non poteſt mouere intellectum poſſibilem, & hoc eſt, quod inquit Cõmentator 3. de anima com. 18. ꝙ intenſiones imaginatæ non ſufficiunt ſe ſolæ ad mouendum intellectum poſſibilẽ. Quod non ſit intellectus agens probatur, quia ſi intellectus agens cauſaret intellectionem, ergo reciperet eã quæ intellectio eſt actio immanens actio, immanẽs ſemper recipitur in agente per Ariſtotelẽ 9. methaph. 16. & nota ꝙ Ariſtoteles dicit ibi ꝙ duplex eſt operatio immanens & tranſiens. Tranſiens recipitur ad extra & exemplificat ibi, nam edificatio eſt in edificato, & ſimul fit, & eſt cum domo, ſed operatio immanẽs eſt in agente, & exemplificat, ut uiſio in uidente, & operatio in operante. Sed nota ꝙ Ariſtoteles neſciuit diſtinguere inter actionem immanentem, & tranſeuntẽ. ſ. pro reſpectu & pro re acta, ideo Doctor ſubtilis in quolibetis. q. 14. dicit ꝙ actio tã immanens, quã tranſiens pro reſpectu ſemper recipitur in agente: ſecus eſt pro re acta. & ideo dixit Scotus in quolibetis. q. præallegata ꝙ Ariſtoteles committit fallaciam æquiuocationis in ſua diuiſione. Sed ad propoſitum noſtrum redeũdo poſſet aliquis dicere ergo intellectus agens fruſtra ponitur in homine cum non cauſet, neq; recipiat. Reſpondet quod intellectus agens ponitur ad formaliter illuminãdum fantaſma, & dat exemplum de noctilucula in qua ſunt duæ perfectiones. ſ. Diafaneitas, & lux illud corpus formaliter illuminatur à luce: effectiue uero ab agente extrinſeco cauſante illud corpus ſimiliter in uia Auerrois triplex eſt intellectus agens. ſ.

Deus glorioſus: Intellectus agens qui eſt pars animæ noſtræ, & notitia præmiſſarum: fantaſma igitur formaliter illuminatur ab intellectu agēte q eſt pars aīæ noſtræ, effectiuæ uerò ab intellectu agēte q eſt Deus glorioſus, et ſic dicit ꝙ ītellectus agēs in rōe cauſæ efficiētis nihil agit in ītellectū poſſibilē. ſed q creauit aīā per modū cauſæ efficiētis ipſe ī ea hāc illuſtrationē fecit iſtas potētias ſimul in eadē ſubſtāna producēdo: ſed ꝙ obiectū ſit cā ītellectionis tātū probat: qa Auerrois pri. poſteriorū. 9. inqt ipſe cā eſt id ad cuius eſſe neceſſario ſequitur aliud. ſ. effectus ut ad ſtrangulationē neceſſario ſequitur mors, ad decuriationem ſequitur mors: ſed ſic ꝙ ad præſentiam obiecti ſequitur intellectio, ergo obiectum eſt cauſa intellectionis: pro reſponſione ad omnia iſta argumenta, uide Scotum in pri. 3. q. 7. & in 2. d. 25. ubi quæritur an uoluntas ſit totalis cauſa ſuæ uolitionis: aliqui uolūt ꝙ intellectus poſſibilis ſit pure paſſiuus, & totā actiuitatē attribuit intellectui agēti, ſed ꝙ intellectus poſſibilis nullam actiuitatem habeat falſum eſt, quia Commentator com. 19. inquit ꝙ intellectus agens ſemper eſt pura actio materialis uero eſt utraq; confirmatur ēt per illud Auerrois 3. de aīa 18. ubi habet ꝙ ſi res haberet eſſe eo mō quo poſuit Plato non oporteret ponere intellectum agentem igitur ſecundum ipſum non ponitur intellectus agens, niſi ut per ipſum fiat obiectū actu uniuerſale, ſed hoc præcedit actualiter intellectionem.

Ratione probatur ꝙ intellectus agens cum ſpecie intelligibili non cauſet intellectionem omnis forma eſt ratio agendi recipienti eam, & non Agenti eam patet de albedine quæ eſt ratio agendi recipienti eam, & ita de alijs formis dicatur, ſed ſpecies intelligibilis recipitur in intellectu poſſibili, & efficitur ab intelle-

ctu agente

ſtu agente ergo, intellectui poſſibili, & non agenti erat ratio agẽdi, & impoſſibilis cauſabit intellectionẽ, & non agens: item ſequeretur ꝙ ſi intellectus agens cauſaret intellectionem ergo reciperet eam per illud, quod dictum eſt de 9. methaph.tex.com. 16. eſt tamen notandum, ꝙ uerum eſt ꝙ textus Ariſtotelis. ꝙ intelligere eſt quoddam pati debet ſic intelligi non negando actiuitatem animæ, uel intellectus. ſed ꝙ intellectus nunquã intelligeret, niſi intellectionẽ reciperet, & hoc dicebat contra aliquos philoſophos dicentes: ꝙ ſi intellectio eſſet præſens intellectui ſic per aſſiſtentiam æque bene intelligeret, ac ſi reciperet illam.

QVia ratio Sancti Doctoris patitur inſtantiam: ideo Scotus aliter format rationem homo intelligit formaliter, & proprie ergo anima intellectiua eſt propria forma hominis. Scotus probat iſtud antecedẽs authoritatibus Ariſtotelis in 2. de anima, & primo Ethicorum ꝙ fœlicitas hominis conſiſtit in propria operatione hominis & in 10. ethicorum ꝙ fœlicitas hominis conſiſtit in propria operatione hominis & propria operatio hominis eſt ſpeculatio primæ cauſæ, ſeu intelligere cauſam primam & opinio iſtius eſt ꝙ potentia actiuæ ſe habet ad fœlicitatem licet in 2.d. pri q. 6: Reſpondendo ad principalia inquit, & tunc uidetur ſequi illud inconueniens, ꝙ illatum eſt contra ſecundam opinionem de actibus beatificis, niſi forte diceretur ꝙ tota cauſa actus beatifici eſt obiectum, & ꝙ potentiæ ſe habeant ibi reſpectu illius actus, ut tantũ receptiue, & paſſiue tamen hoc ibi non uidetur dicere hoc ex intentione, & ſic ex iſto loco Ocham accepit ꝙ beatus tantum paſſiue ſe habet ad beatitudinem. S. D. probat illud antecedens rationem præſupponendo, ꝙ intelligere, ſeu cognoſcere proprie ſit

cognitio

cognitio quæ traſcendit omnē cognitionē ſenſitiuam quæ eſt nō orga nica, tunc ſic arguit hō cognoſcit actu cognoſcēdi nō organico, ergo intelligit propriæ conſequentia patet per rationem ſupradictā antecedens probatur ꝙ cognitio propria non ſit organica nam cognitio organica ſemper eſt, determinata ad certa cognoſcibilia, ſeu ſenſibilia ſicut Ariſtoteles in 2. de anima ꝙ organum conſiſtit in media proportione extremorum, & ideo cognitio quæ habetur mediante organo non poteſt ſe extendere, niſi ad certa ſenſibilia ſicut uiſio non poteſt se extēdere, niſi ad colores guſtus ad ſapores.

SED contra prædicta arguitur intellectio quæ eſt propria operatio hominis non traſcendit omnem cognitionem ſenſitiuā: patet ipſa ineſt toti ergo ipſa erit materialis, ſicut cognitio ſenſitiua quæ ineſt, toti ergo non traſcendit &c.

SEcundo probatur ꝙ intellectio ſit organica, experimur in, nobis, ꝙ fantaſia leſa intellectus non cognoſcit, ergo intellectus habet ſuam intellectionem mediante organo fantaſiæ.

PRO quorum ſolutione ſunt aliqua notanda primo, ꝙ intellectio dicitur immaterialis, quia eius immediatum receptiuum dicitur eſſe immateriale puta ipſe intellectus, uel ipſa anima: nota etiam ꝙ quando dicitur ꝙ intelligere eſt propria operatio hominis non eſt intelligendum ꝙ inhereat homini, ſed ſolum eſt operatio hominis quo ad denominationem: sed ineſt ipſi animæ, uel intellectui: & ſi quis dicat anima non eſt receptiuum ipſius intellectionis, sed homo cum homo dicatur intelligere ꝙ non eſſet, niſi intellectio reciperetur in homine. Ad hoc reſpondet Doctor Subtilis Scotus in quodlibetis. q. 14. ꝙ operatio immanens poteſt dupliciter alicui conuenire uno modo tāquam proximo ſuſceptiuo, & ſic dicitur

dicitur conuenire animæ, & nota ꝙ anima poteſt eſſe quo, & quod anima dicitur quod intelligit quo intellectu, & hoc eſt quod inquit Philoſophus in principio 3. de anima. De parte autem animæ: qua intelligit, & ſapit alio modo operatio immanens dicitur eſſe in aliquo tãꝗ in ſuſceptiuo remoto, & ſic dicitur bene conuenire homini, & ſic homo eſt ꝙ intelligit, & anima eſt quo & de tali intellectiuo locutus eſt Ariſtoteles pri. de anima tex. com. 64. cum dixit animam non intelligere: ſed homo per animam ſic reſpondendo dico ꝙ iſti præſupponunt ꝙ intellectio inhereat homini, quia non eſt operatio ipſius, niſi quantum ad denominationē: Nota etiam ꝙ intellectio non dico trãſcendere omnem perfectionem ſenſitiuã quo ad perfectionem, ſed quo ad hoc ꝙ eſt tendere in obiecta. quia intellectus tendit ad omnia ſenſibilia, & intelligibilia, quia poteſt cognoſcere ſenſibilia, & intelligibilia.

AD Secundum Argumentum reſpondetur præmittendo aliqua primo, quod dicit Scotus in pri. d. 3. q. 3. Reſpondeo inquit Scotus ſtatus non uidetur eſſe, niſi ſtabilis permanentia: legibus ſapientiæ firmata ſtabilitum eſt autem illis legibus ſapientiæ, ꝙ intellectus noſter non intelligat pro ſtatu iſto, niſi illa quorum ſpeties relucent in fantaſmate, & hoc ſiue propter penam originalis peccati, ſiue propter naturalem concordiam potentiarũ aĩæ in operando ſecundum ꝙ uidemus ꝙ potentia ſuperior operatur circa idem circaꝗ inferior ſi utraꝗ habeat operationem perfectã: & de facto, ita eſt in nobis quodcunꝗ uniuerſale intelligimus eius ſingulare actu fantaſiamur, hæc Scotus ibi. Ideo philoſophus 3. de anima inquit oportet intellectum intelligentem fantaſmata ſpeculari. Sed Scotus in pri. d. 3. q. 6. dicit ꝙ poſtꝗ ſpeties intelligibilis

ligibilis habet eſſe impreſſa in intellectu non oportet, ꝙ intellectus ſemper intelligendo recurrat ad fantaſma: ſed debet ſic intellegi, dico inquit ipſe ꝙ talis eſt connexio potentiarum. ſ. fantaſiæ & intellectui pro ſtatu iſto, ꝙ nihil intelligimus in uniuerſali niſi cuius ſingulare fantaſiamur, nec eſt alia conuerſio ad fantaſmata, niſi ꝙ intelligens uniuerſale imaginatur ſingulare eius: hæc Scotus, Sed duæ ſunt opiniones de ſpetie intelligibili, una ꝙ intendatur, & remittantur quia ſpeties intelligibilis poſt actualem intellectionem remittitur quemadmodum aqua calida abſente igne tepeſcit, sed ſpeties intelligibilis intenditur propter recurſum intellectus ad fantaſma, & propter iſtum recurſum fit ita intenſa, ꝙ non poteſt amplius intendi ſi iterum recurrat intellectus ad fantaſma clarius intelliget, tamen ſpeties illa non poteſt amplius intēdi opinio iſta uult ꝙ etiam ꝙ detur ſpeties intelligibilis impreſſa in anima, quia poſt notitiam actualem remittitur, uult ꝙ intellectus recurrat ad fantaſma: sed contra ſi per te ſpeties intelligibilis remittitur, quæ habet eſſe ſubiectiue in intellectu à fortiori remittitur fantaſtica, uel propter indiſpoſitionem organi, uel propter opilationem impedientem liberum motum ſpirituum ſenſitiuorum, & ſic etiam oportet, ꝙ fantaſtica intenderetur, & ſic ſequeretur ꝙ intellectus intelligēdo ſemper haberet obiectum ſibi præſens ꝙ falſum eſt, ut experimur, & iſta opinio eſt. Reſpōdendi magiſtri Simonis cuius anima requieſcat in pace.

ALia eſt opinio Reſpōdendi Magiſtri Iacobini de Barges uerior, ꝙ ſpeties intelligibilis nunquam remittitur, sed sēper eſt intenſa in intellectu, & ſiquis diceret ergo intellectus intelligeret quomodo uult ꝙ eſt falſum, quia experimur contrarium ad hoc

Scotus

Scotus in 4. d. 45. q. 3. ar. 2. inquit, dico ꝙ memoria in parte ſenſitiua eſt ſufficiens ad operandum ſine intellectu, ut patet in brutis, ſed e contra memoria intellectiua non ſufficit ad operandũ ſine memoria ſenſitiua, ſicut, nec poſſumus, ſine fantaſmate intelligere. Ideo non diceret hominẽ Ariſtoteles bene, & male memoratiuum, quia intellectus eius bene, uel male conſeruet ſpetiem alicuius preintellecti, ſed quia memoria eius ſenſitiua, quæ cõcurrit cum intellectiua etiam ad recordationem intellectiuam eſt bene uel male retentiua: forte .n. memoria intellectiua quæcunq; ſemper conſeruat ſpetiem: ſed non poteſt in ſuum actũ, quia ſpeties deleta eſt, à memoria ſenſitiua, ſine qua illa non ſufficit ad operãdũ: hæc illę ibi & per hoc patet ſolutio. Ad aliud argumentũ: ſed poſſet aliquis negare ſpetiem Scotus in pri. d. 3. q 6. probat ſpetiem intelligibilem dari, ſic arguens intellectus, quandoq; eſt in potentia propinqua, & accidentali ad intelligendũ quæ prius fuit in potentia eſſentiali, & remota iſtud tamen non eſt in intellectu, niſi per aliquam immutationem non obiecti patet quia in obiecto eſt tantum relatio rationis ergo ipſius intellectus ergo iſta mutatio quæ fit ad talem potentiam propinquam uidetur eſſe ad aliquã formam in intellectu quæ eſt prior illa actuali intellectione, & illa nõ eſt, niſi ſpeties intelligibilis ergo, & hoc eſt ꝙ inquit Auerrois 3. de anima 18. ꝙ ſi res haberet, eſſe eo modo quo poſuit Plato nõ oporteret ponere intellectum agentem igitur ſecundum ipſum non ponitur intellectus agens, niſi ut per ipſum fiat obiectum actu uniuerſale, ſed hoc non eſt, niſi per ſpetiem præcedentem actualem intellectionem ergo.

ITem Auerrois eodem commento inquit intellectus agens ponitur ut

tur, per ipſum transferatur obiectum de ordine in ordinẽ, quod debet ſic intelligi de ordine ſenſibilium ad ordinem intelligibilium & per conſequens de ordine corporalium ad ordinem ſpiritualiũ, ſed hoc non eſt, niſi cauſando ſpetiem intelligibilem priorem actu quæ fit ex intellectu agente, & fantaſmate, dic quomodo ſpeties ſenſibilis, & intelligibilis in notitia intuitiua ſe habent ſicut quidam effectus præuij neceſſario requiſiti, & nihil repreſentant propter præſentiam obiecti tamen ſunt bene repreſentabiles, & quomodo dicitur intuitiua, & quomodo abſtractiua, dic ut ſcis, & dic in hoc. ſ. quomodo relatio illa ipſius notitiæ in ratione terminãtis, & ratione mouentis ad obiectum quomodo ſit eſſentialis, & quomodo accidentalis quæ eſt opinio Doctoris in 3. uidę ipſum, et declara, ut ſcis: & ſi quis diceret ꝙ hoc non eſt propter aliqd exiſtens in intellectu: sed propter fantaſma illuſtratum ab intellectu agente cauſatur talis intellectio, & non per aliquam ſpetiem intelligibilem priorẽ ipſo actu. ſed contra quia phyloſophi nõ debent loqui per methaphoram, ſed propriæ, aut tale fantaſma irradiatum ab intellectu agente aliquid recipit, aut non: ſi non: fantaſma non erit uirtuoſius per actionem intellectus agentis, quã prius & ita erit improportionatum ſicut prius: ſi aliquid recipit, & cum nulla forma ſpiritualis poſſit recipi in materiali tanquam in ſubiecto: ſequitur, ꝙ fantaſma erit æque materiale, & corruptibile ſicut prius, & ſi quis diceret contra anima intellectiua recipitur in corpore ergo propoſitio eſt falſa. ſ. forma ſpiritualis non poteſt recipi in materia: dico ꝙ aliud eſt loqui de accidente, aliud de forma quæ eſt intellectus, nam accidens dependet à materia, & ineſſe, & conſeruari: quia accidentis eſſe eſt ineſſe.

ſed nulla forma ſpiritualis poteſt recipi in materiali tanquam in ſubiecto à quo dependet in eſſe & in conſeruari, ſed quicquid recipitur in fantaſmate eſt huiuſmodi, ergo: ſed poſſet aliquis dubitare, & dicere, unde eſt ꝙ cum intellectus agens cōcurrat effectiue: quemadmodum obiectum ad cauſationem ſpetiei intelligibilis, & tanquam cauſa partialis principalior, ꝙ ſpeties intelligibilis nō eſt ſimilitudo intellectus ſicut ipſius obiecti Reſpondet Scotus in *pri. d 3. q. 8. ad argumenta principalia inquit ipſe*. Reſpondeo, *principalius agens communiter eſt æquiuocum, & eminentius in ſe habet perfectionem effectus quam cauſa uniuoca, & ideo non magis aſſimilatur ſibi formaliter: quia hoc eſſet imperfectionis, cā: ſic aſſimilari effectui, ſed aſſimilat magis hoc eſt dat magis formā effectui per q̄ ſibi aſſimilatur æquoce q̄ det agēs particulare, et iſta aſſimilatio ex perfectione cauſæ licet nō ſit magis aſſimilatio formaliter: ſimiliter cā perfectior magis aſſimilat effectū ei cui eſt aſſimilabilis quā inferior. magis.n.cauſat effectū qualis eſt cābilis, & aſſimilabilis: aſſimilabilis aūt eſt effectus formaliter cauſæ propinquæ. Ideo ipſa cā remotior magis aſſimilat effectiue ipſum effectū cauſæ proximæ quā ipſamet cā proxima ſibi. ꝙ.n. formaliter filius eſt ſimilis, patri hoc magi eſt à cauſa remota aſſimilante filiū patri effectiue quā ab iſta cauſa propinqua: quia quæ plus dat formā qua aſſimilatur plus dat effectiuæ aſſimulatione: hæc* Scotus.

Circa *ſecundam propoſitionem quæritur utrum anima ſit de mente philoſophi mortalis* Pro cuius intelligentia preſuppono *duo primum, quod eſt naturaliter probatum. ſ ꝙ anima ſit forma ſpecifica hominis. i. ꝙ ſit forma corporis humani ei unita per informationem 2. ꝙ talis ſit plurificata iſtis duobus præſuppoſitis,*

 dico

quia non ſugitur aliquid naturaliter: niſi uirtute naturalis deſiderij, uel amòris ad aliud, ſed naturaliter fugit homo mortem ergo.

AD iſtud argumentum Reſpondet Scotus 43. 4. q. 2. ſoluendo principalia dico, ꝙ non appetunt ſecundum rectam rationẽ ſed erroneam. quæ communiter in malis, & fatuis, inuenitur: qa ipſi appetunt contra conditionem naturæ eorum, quia natura illorum, eſt immortalis: unde non poſſumus cagnoſcere aliquẽm actũ eſſe naturalem, niſi poſſumus cognoſcere, ꝙ ſit cõformiter ad naturalem inclinationem, & naturalis inclinatio non poteſt naturaliter cognoſci, niſi cognoſcamus. ꝙ illud ad quod inclinatur per potentiam naturalem poteſt ei conuenire. Si dicas bene ſequitur, iſto appræhenſo, puta appræhenſo ſemper eſſe homo naturaliter inclinatur ad illud, & naturaliter deſiderat illud. ergo ad illud, habet naturalem inclinationem. Reſpondet Scotus, ꝙ hoc nihil ualet non ſequitur, iſto appræhenſo, tendimus in illud, ergo, habet naturalem inclinationem ad illud. dat exemplum de malis, & uitioſis. Vnde quando uitioſus appræhendit aliquid, ꝙ eſt ei oſtenſum per habitum generatum in eo immediate tendit in illud: ſic per oppoſitum de bonis. Tunc ad illam minorem. ſ. homo naturali deſiderio appetit ſemper eſſe, quia naturaliter fugit mortem. Reſpondet Scotus ꝙ nullo modo ſequitur propter duo. primũ qa concluderet æquè de quocunq; bruto: ſecundum non obſtante illud quod dicit Ariſtoteles 2. de generatione in fine. Melius autem in omnibus ſemper eſſe quam non eſſe. quia æquè cõcluderet de quocunq; bruto, ut dictum eſt, & ſic hæc authoritas eſſet magis ad oppoſitum, q̃ propoſitùm: Tũ quia ſubdit Ariſtoteles: hoc autem in omnibus impoſſibile exiſtere continue propter longe à principio diſtare:

diſtare: & dicit Scotus ibi, ꝙ Ariſtoteles ponit continuationē ſpecierum non per conſeruationem indiuidui in ſe: ſed hoc eſt per cōtinuationem unius ab alia, & hoc eſt ꝙ inquit Ariſtoteles 2. de anima tex.com.35.ubi ait, quoniam ſemper agitur communicare non poſſunt ipſo ſemper, & diuino cōtinuatione &c. Et hoc eſt ꝙ ibi dicit & in diſputationibus Com. ꝙ ſollicitudo diuina miſerta, eſt nobis &c. et in economicis ſed ad argumētū hō ſemper fugit mortem, ergo ſemper appetit uiuere: quia fugiens unum oppoſitū non fugit, niſi propter amorem alterius oppoſiti. Reſpondetur, ꝙ iſta eſt falſa, ſemper fugimus mortem: ſed debet, ſic dici quandocunq; uiuimus ſemper fugimus mortem, & ſic non ſequitur, ergo ſemper fugimus mortem: & ſic dicit Scotus. ꝙ ex hac ſequitur, cum homo fugiat mortem pro nunc ergo amat uitam, pro nūc, et ſic de quolibet nūc ſignato, ſed non ſequitur ergo pro infinito.

T*Ertio Arguo, & iſtud argumentū fuit quo Ariſtoteles conuincebat diſcipulos in morte ſua, ut dicitur: ſic naturaliter cognoſcitur ꝙ quilibet eſt dignus premiatione, ſecundum ſua merita: ſed multi merentur in hac uita, & non premiātur in hac uita, ergo, præmiandi ſunt in alia, & non poſſunt premiari, niſi aīa eſſet immortalis ergo, anima eſt immortalis: poſſet aliquis Reſpōdere, ꝙ qui merentur in hac uita: in hac uita premiantur, & ſic non ſequitur iniuſtitia: contra uidemus bonos communiter ducentes ſanctam uitam in hac uita pluribus aduerſitatibus miſerijs, & tribulationibus eſſe ſubiectos iſti non præmiantur in hac uita ergo præmiandi ſunt in alia. Itē hoc dicit Apoſtolus 15. cap. ad Chorinthios. Si in hac uita tantum in Chriſto ſperamus miſerabiliores ſumus omnibus hominibus: uolens dicere quanto meliores*

ſumus

ſumus in hac uita tanto plures tribulationes habemus, & ſic non habemus in hac uita premium ergo expectandum in alia uita.

AD iſtud reſpondetur, ꝙ quilibet q bene operatur premiatur in mundo iſto: quia quilibet actus bonus eſt premium ſui: q̃a quilibet actus malus eſt pœna ſui eſſentialis: dic ut ſcis, ꝙ pœna accidentalis eſt quæ conuenit alicui malo, ut puta ſecundum aliquam legem, & dic quomodo illa non ſufficit peccato ſine pœna eſſentiali: ſed bene ẽ contra: dicit.n. Beatus Auguſtinus. Iuſſiſti Domine, & ita eſt ꝙ quodlibet peccatum eſt pœna peccati, id eſt peccatoris. quilibet bonus actus eſt premium facienti, & ideo nõ eſt expectandum extra iſtam uitam aliud premium quam illud ꝙ eſt annexum in bono actu: & nota ꝙ uerum eſt, ꝙ quodlibet peccatum eſt pœna peccatoris, quia per quodlibet peccatum caremus aliquo bono ꝙ deberet nobis in eſſe, & carentia rectitudinis quæ deberet nobis in eſſe, eſt ipſum peccatum, & illa carentia eſt ſibi pœna: ſic quilibet actus bonus eſt adductiuus alicuius premij illi qui bene agit, quia adducit rectitudinem homini qui bene agit, & malus eſt adductiuus pœne.

DIcunt tamen Theologi, ꝙ licet actus bonus adducat aliquod conueniens, & utile homini tamen Deus non uult illud eſſe premium ſufficiens pro actu bono hominis, ſed uult adhuc dare uitam æternã, & ibi oſtenditur mirabilis bonitas ipſius Dei ex quo ſequitur ſecundum ipſos, ꝙ ſecundum legem Dei ordinatam nullus actus bonus meritorius poteſt ſufficienter premiari per quodcunq; bonum temporale, & hoc eſt, quod communiter dicitur ꝙ Dominus Deus ſemper premiat ultra condignũ puta ſi minus daret, adhuc ſufficienter premiaremur, nec pœna illa eſſentialis ſecundum

cundum legem diuinam ſufficit, ꝙ pœna peccatoris ſecus eſt ſecũdum philoſophũ, & beatitudo conſiſtit in clara uiſione ipſius Dei in dilectione eius ſuper omnia, quam nõ poteſt habere aliquis exiſtens in peccato mortali de hoc dicam in ultimo quæſtionis.

QVarto arguitur, ꝙ anima ſit immortalis, quia Ariſtoteles 3. Ethicorum dicit, ꝙ fortis politicus debet exponere ſe morti pro republica ſua: ſecundum iudicium rectæ rationis, & idem dicit in 9. Ethicorum 8. anima intellectiua non eſt mortalis probatur, quia ſi non detur oppoſitũ eſt mortalis, ergo nullus per quodcunq; bonum uirtutis in ſe, uel in alio deberet, hoc appetere, quia non eſſe ſimpliciter nõ cadit ſecundum Auguſtinum de libero arbitrio: Ad hoc dicitur ſecundum philoſophum 9. Ethicorum, ꝙ fortis exponens ſe morti pro bono communi maximum bonum ſibi tribuit in exercendo illum actum maximæ uirtutis. & hoc bono priuaret ſe, ſi mortem non ſubiret, imò uitioſe ageret, ſi illo actu prætermiſſo ſaluaret ſuum eſſe per quãtuncũq; tempus: unde dicit Scotus in 43. 4. q. 2. melius eſt autem ſimpliciter maximum bonum, & momentaneum, quam remiſſum bonum uirtutis, uel uita uitioſa per magnum tempus, & ſic patet reſponſio.

QVinto arguitur medijs naturalibus Ariſt. 3. de anima ſeparatur à cæteris, ſicut perpetuum à corruptibili ergo, anima intellectiua uidetur eſſe perpetua, & incorruptibilis. Reſpondetur, ꝙ dicitur eſſe incorruptibilis, quo ad operationem ſuam, & non ad entitatem, & arguo ſic, habet propriam operationẽ, ergo eſt ſeparabilis conſequentia probatur, quia oppoſitum conſequentis repugnat antecedenti. ſ. non eſſe ſeparabilem, & habere opus proprium Doctor Subtilis in quæſtione preallegata. Reſpõdet ad

iſtud

iſtud de mente philoſophi. ſ. ꝙ anima intellectiua non corrumpitur, ſicut aliæ, puta ad corruptionem alicuius corporei, quod corporeum ſit organum illis in operando. Vnde anima ſenſitiua, & potentiæ ſenſitiuæ corrumpuntur ad corruptionem organi, ꝙ organum eſt ſemper aliquod corporeum: anima intellectiua non eſt corruptibilis hoc modo puta ad corruptionē alicuius organi: ſed ex iſto non poteſt inferri, ꝙ ſit ſimpliciter incorruptibilis: ſed ſolum ꝙ non eſt corruptibilis ſicut aliæ, & hoc eſt, ꝙ inquit Ariſtoteles *3. de anima, ꝙ intellectus corrumpitur quodam interiori corrupto dico, ꝙ* Ariſtoteles *dicit iſtud interius ad cuius corruptionem anima corrumpitur, uel intellectus non eſt organum corporeum: ſed eſt ipſum totum cuius anima eſt pars ita ꝙ uult habere, eſt ꝙ anima eſt corruptibilis ad corruptionem illius, cuius eſt pars . ſ. hominis, & hoc cauſatur ex illa authoritate philoſophi 2. de anima, ꝙ ſi ſenex acciperet oculum iuuenis uideret, ut iuuenis.*

ITem philoſophus 2. de anima 123. & 3. de anima 7. Ariſtoteles *ponens differentiam inter ſenſum, & intellectum dicit, ꝙ excellens ſenſibile corrumpit, & propter hoc poſtea minus ſentit minus ſenſibile patet per experientiam, quod poſt ſenſationē excellentis ſenſibilis parua ſenſibilia non poſſunt ita perfecte uideri, ut poſt uiſionem ſolis aſpiciat poſt parietem parum, aut nihil uidebit de albedine. non ſic eſt de intellectu, immo poſtquam intellexit ſumma intelligibilia, magis intelligit inferiora.*

AD iſtud dicit Scotus. Dico quod excellens ſenſibile corrumpit ſenſum per accidens, quia corrumpit organum, quia ſoluit illam mediam proportionem, in qua conſiſtit bona diſpoſitio organi. iſta proportio organi eſt indifferens ad omnia ſenſibilia,

ideſt ad recipiendum ſpetiem omnium ſenſibiliũ,ideo dicitur corrumpi,quo ad mediam proportionem, quia poſtquã recipit ſpetiem magni, & excellentis ſenſibilis indiſponitur per illas ad ſuſcipiẽdum ſpeties parui ſeſibilis, & per oppoſitum intellectus, quia non habet organum nõ corrumpitur ab excellenti intelligibili: ſed ex hoc non ſequitur ꝙ ſit ſimpliciter incorruptibilis, niſi probetur, ꝙ non dependeat in eſſendo à toto, ꝙ erit difficile, & ſit reſponſio ad hoc.

ITem philoſophus 7.methaph.ultimo habet ꝙ omnes partes quæ poſſunt manere ſeparate à toto ſunt elementa, & ꝙ præter tales oportet ponere neceſſario aliquam formã qua totum eſt id ꝙ eſt quæ non poteſt manere ſeparata à parte materiali toto non remanente: igitur ſi conceditur animam intellectiuam eſſe formam hominis per informationem tenet eam mortalem.

AD iſtud Reſpondetur. Ariſtot.non intendit probare, ꝙ omnes partes quæ poſſunt manere ſeparate à toto, cum totum corrumpitur: ſint elementa: ſed ſolum philoſophus, & Commẽtator, uult ibi ꝙ in omni compoſito ex per ſe ex elemẽtis, & partibus materialibus præter elementa eſt aliquid additum ipſis per quod compoſitum, eſt unum, ut exponit Commentator commento ultimo eſt forma, & prima cauſa eſſendi, ut probat philoſophus: ibi de iſta ſillaba in carne, & de iſta ſillaba ba: quoniam diſſolutis ab inuicem elementis, ut ignis, & terra manent elementa, & non manet compoſitum igitur aliquid eſt in compoſito præter elementa.

SED contra iſtam Reſponſionem philoſophus ſic arguit diſſolutis inuicem elementis, ut ignis, & terra manet ignis, & ter-

ra manet

ra manet ignis & terra, & non manet caro igitur aliquid eſt in carne præter ignem, & teram: à ſimili arguo: ſi anima intelle-ctiua poteſt manere poſt corruptionem hominis: corrupto homine manet anima intellectiua, & corpus, & non manet homo, ergo eſt aliquid in homine præter animam intellectiuam, & corpus: ſed illud eſt forma, ergo aïa intellectiua, non eſt forma ultima hominis.

AD *iſta* Reſpondetur, & *primo, dico ad 2. argumentum concedendo conſequens, & conſequentiam: ſed forma totius eſt alterius rationis à forma partis, inter formas tamen partiales anima intellectiua eſt ultima forma.*

AD *illud primum. ſ. diſſolutis inuicem elementis ignis, & terra manet ignis, & terra, & non manet caro igitur aliquid eſt in carne præter ignem: & terram.*

AD *hoc pri.* Reſpõdetur *pro opinione* Auerrois, *ꝙ* Ariſto. *intendit probare contra negantes cauſam formalem præter elementa concurrentia ad cauſandum compoſitum in eodem genere cauſæ, quia in genere cauſæ materialis concurrere aliquid additum illis ꝙ eſt principiũ, & cauſa eſſentiæ rei in alio genere cauſæ, quam in genere cauſæ materialis, & eſt iſta forma partis ſecundum* Auerroim, *quæ pro quanto eſt illud, quo ipſum compoſitum habet eſſe quidditatiuum eſt forma totius ſic, ꝙ forma partis, et totius ſunt unum. & idem ſecundum ipſum. differunt tamen pœnes diuerſos reſpectus.* N*am pro quanto forma intrinſece concurrit partialiter cum materia ad conſtituendum compoſitum dicitur forma partis: pro quanto autem eſt illud, quo compoſitum hẽt eſſe quidditatiuum, & eſſentiale dicitur forma totius. eſt enim forma partis ſecundum ipſum tota quidditas rei:* Contra hoc arguit Scotus in

ſtus in 3. d. 22. uide ibi, & ſic ſecundum iſtam uiam corrupto cõpoſito non remanet, neq; forma partis, neq; totius, & ſecundum ipſum, anima intellectiua non eſt illud, quo homo habet eſſe per ſe & eſſentiale, ſed anima cogitatiua.

ALio modo poteſt exponi tenendo opinionẽ Scoti in 3. d. 22. uidelicet ꝙ tota quidditas compoſiti non ſit forma partis: ſed etiam materia, ut ibi tenet, & eſt opinio Ariſt. 7. methaph. quæ duæ conſtituunt intrinſece quidditatem & formam totius quæ eſt 3. entitas realiter diuerſa à partibus cõponentibus, ut tenet Scotus in 3. d. 2. q. 2. ar. pri. unde Scotus, ideo dico, ꝙ ultra formã quæ perficit materiam ultimate, & dicitur forma partis non eſt neceſſe ponere aliam formam, quaſi perficiente, tam materiam, quam formam, quia materia, & forma in toto non ſunt partes eiuſdem Rationis, ſiue elementa perfectibilia ab aliquo actu; ſed unum eſt proprium perfectibile, & aliud proprius actus, & hæc eſt præciſa ratio quare faciunt unum per ſe ex 8. metha. ſi tamen intelligatur forma totius non aliquid conſtituens totum: ſed ipſa natura tota, ut qdditas hoc modo. Concedi bene poteſt ꝙ forma totius ſit alia à forma partis, & ꝙ natura, uel quidditas poſſit dicĩ forma patet ex philoſopho. 5. metha. cap. de cauſa, ꝙ ſit alia realiter diſtincta, patet in pri. articulo huius. q. ſed reſpectu cuius eſt forma. Reſpondeo, & dico, ꝙ reſpectu totius compoſiti non quidem forma informans, ſed forma, qua compoſitum eſt ens quidditatiue, & hoc modo totum eſt ens formaliter forma totius, ſicut album dicitur album albedine, non quidem ꝙ forma totius ſit, quaſi cauſa ipſius totius cum materia, & forma partialis cauſans, quaſi totum ſed eſt ipſum totum præciſe conſideratum: ſecundum illum modũ

quo loquitur Auicenna. 5. methaph. æquinitas eſt tantum æquinitas: ſed ſi aliquis diceret utrum forma dicat imperfectione Scotus in pri. d. 8. q. 3. inquit Reſpondeo, ꝙ forma in creaturis habet aliquid imperfectionis, ſcilicet, quia eſt forma informans aliquid & pars compoſiti: aliquid etiam habet, ꝙ non eſt imperfectionis: sed conſequitur eam secundum ſuam rationem eſſentialē ſiue formalem ſ. ꝙ ipſa ſit quo aliquid eſt tale. Exemplum ſapiētia in nobis eſt accidēs hoc eſt imperfectionis, sed ꝙ ipſa ſit quo aliquid eſt ſapiens hoc non eſt imperfectionis: sed eſſentialis rationis ſapientiæ: in diuinis autem nihil eſt forma secundum illam duplicem rationem imperfectionis: quia nec informans, nec pars: eſt tamen ibi ſapientia in quantū eſt, quo illud in quo ipſa eſt. eſt ſapiēs: & hoc non per aliquam compoſitionem ſapiētiæ ad aliquid quaſi ſubiectum. Nec quaſi ſapientia illa ſit pars alicuius compoſiti, sed per uerā identitatē, qua ſapiētia propter ſui infinitatē perfectā perfecte eſt idem cuilibet cum quo nata eſt eſſe ratio aſſignatur à Scoto in eadem. d. 5. quia rationi infinitatis repugnat eſſe partem ad propoſitum, & iſta 3. entitas non manet diſſolutis partibus componentibus quæcunq ergo partes diſtinguuntur contra iſtam formā totius, & contra eſſentiam totam reſultantem ex partibus appellantur partes materiales: quia diffinitio exprimens quidditatē non eſt ipſarum partium componentium: sed eſt ipſius eſſentiæ reſultantis ex ipſis, & iſta eſſentia eſt cauſa, & principium pro quanto eſt illud, quo compoſitum habet eſſe quidditatiuum, & eſſentiale tale, ut declarat Ariſto. 7 metha. in textu comento. 49 & ita diſſoluto compoſito non remanent, niſi partes materiales. Etiam ſi maneat anima intellectiua Ariſtoteles uult probare, ꝙ præter iſtas

partes

tur, per ipſum transferatur obiectum de ordine in ordinē, quod debet ſic intelligi de ordine ſenſibilium ad ordinem intelligibilium & per conſequens de ordine corporalium ad ordinem ſpiritualiū, ſed hoc non eſt, niſi cauſando ſpetiem intelligibilem priorem actu quæ fit ex intellectu agente, & fantaſmate, dic quomodo ſpeties ſenſibilis, & intelligibilis in notitia intuitiua ſe habent ſicut quidam effectus præuij neceſſario requiſiti, & nihil repreſentant propter præſentiam obiecti tamen ſunt bene repreſentabiles, & quomodo dicitur intuitiua, & quomodo abſtractiua, dic ut ſcis, & dic in hoc. ſ. quomodo relatio illa ipſius notitiæ in ratione terminātis, & ratione mouentis ad obiectum quomodo ſit eſſentialis, & quomodo accidentalis quæ eſt opinio Doctoris in 3. uidę ipſum, et declara, ut ſcis: & ſi quis diceret ꝙ hoc non eſt propter aliqd exiſtens in intellectu: ſed propter fantaſma illuſtratum ab intellectu agente cauſatur talis intellectio, & non per aliquam ſpetiem intelligibilem priorē ipſo actu. ſed contra quia phyloſophi nō debent loqui per methaphoram, ſed propriæ, aut tale fantaſma irradiatum ab intellectu agente aliquid recipit, aut non: ſi non: fantaſma non erit uirtuoſius per actionem intellectus agentis, quā prius & ita erit improportionatum ſicut prius: ſi aliquid recipit, & cum nulla forma ſpiritualis poſſit recipi in materiali tanquam in ſubiecto: ſequitur, ꝙ fantaſma erit æque materiale, & corruptibile ſicut prius, & ſi quis diceret contra anima intellectiua recipitur in corpore ergo propoſitio eſt falſo. ſ. forma ſpiritualis non poteſt recipi in materia: dico ꝙ aliud eſt loqui de accidente, aliud de forma quæ eſt intellectus, nam accidens dependet à materia, & ineſſe, & conſeruari: quia accidentis eſſe eſt ineſſe.

ſed

ſed nulla forma ſpiritualis poteſt recipi in materiali tanquam in ſubiecto à quo dependet in eſſe & in conſeruari, ſed quicquid recipitur in fantaſmate eſt huiuſmodi, ergo: ſed poſſet aliquis dubitare, & dicere, unde eſt ꝙ cum intellectus agens cõcurrat effectiue: quemadmodum obiectum ad cauſationem ſpetiei intelligibilis, & tanquam cauſa partialis principalior, ꝙ ſpeties intelligibilis nõ eſt ſimilitudo intellectus ſicut ipſius obiecti Reſpondet Scotus in *pri. d 3. q. 8. ad argumenta principalia inquit ipſe*. Reſpondeo, *principalius agens communiter eſt æquiuocum, & eminentius in ſe habet perfectionem effectus quam cauſa uniuoca, & ideo non magis aſſimilatur ſibi formaliter: quia hoc eſſet imperfectionis, cã: ſic aſſimilari effectui, ſed aſſimilat magis hoc eſt dat magis formã effectui per q̃; ſibi aſſimilatur æquoce q̃; det agẽs particulare, et iſta aſſimilatio ex perfectione cauſæ licet nõ ſit magis aſſimilatio formaliter: ſimiliter cã perfectior magis aſſimilat effectũ ei cui eſt aſſimilabilis quã inferior. magis.n. cauſat effectũ qualis eſt cãbilis, & aſſimilabilis: aſſimilabilis aũt eſt effectus formaliter cauſæ propinquæ. Ideo ipſa cã remotior magis aſſimilat effectiue ipſum effectũ cauſæ proximæ quã ipſamet cã proxima ſibi. ꝙ.n. formaliter filius eſt ſimilis, patri hoc magi eſt à cauſa remota aſſimilante filiũ patri effectiue quã ab iſta cauſa propinqua: quia quæ plus dat formã qua aſſimilatur plus dat effectiuæ aſſimilatione: hæc* Scotus.

C*Irca ſecundam propoſitionem quæritur utrum anima ſit de mente philoſophi mortalis* Pro cuius intelligentia preſuppono *duo primum, quod eſt naturaliter probatum. ſ ꝙ anima ſit forma ſpecifica hominis. i. ꝙ ſit forma corporis humani ei unita per informationem 2. ꝙ talis ſit plurificata iſtis duobus præſuppoſitis,*

 dico

quia non ſugitur aliquid naturaliter: niſi uirtute naturalis deſiderij, uel amòris ad aliud, ſed naturaliter fugit homo mortem ergo.

AD iſtud argumentum Reſpondet Scotus 43. 4. q. 2. ſoluendo principalia dico, ꝙ non appetunt ſecundum rectam rationē ſed erroneam. quæ communiter in malis, & fatuis, inuenitur: qa ipſi appetunt contra conditionem naturæ eorum, quia natura illorum, eſt immortalis: unde non poſſumus cagnoſcere aliquēm actū eſſe naturalem, niſi poſſumus cognoſcere, ꝙ ſit cōformiter ad naturalem inclinationem, & naturalis inclinatio non poteſt naturaliter cognoſci, niſi cognoſcamus. ꝙ illud ad quod inclinatur per potentiam naturalem poteſt ei conuenire. Si dicas bene ſequitur, iſto appræhenſo, puta appræhenſo ſemper eſſe homo naturaliter inclinatur ad illud, & naturaliter deſiderat illud. ergo ad illud, habet naturalem inclinationem. Reſpondet Scotus, ꝙ hoc nihil ualet non ſequitur, iſto appræhenſo, tendimus in illud, ergo, habet naturalem inclinationem ad illud. dat exemplum de malis, & uitioſis. Vnde quando uitioſus appræhendit aliquid, ꝙ eſt ei oſtenſum per habitum generatum in eo immediate tendit in illud: ſic per oppoſitum de bonis. Tunc ad illam minorem. ſ. homo naturali deſiderio appetit ſemper eſſe, quia naturaliter fugit mortem. Reſpondet Scotus ꝙ nullo modo ſequitur propter duo. primū qa concluderet æquè de quocunq; bruto: ſecundum non obſtante illud quod dicit Ariſtoteles 2. de generatione in fine. Melius autem in omnibus ſemper eſſe quam non eſſe. quia æquè cōcluderet de quocunq; bruto, ut dictum eſt, & ſic hæc authoritas eſſet magis ad oppoſitum, q̄; propoſitum: Tū quia ſubdit Ariſtoteles: hoc autem in omnibus impoſſibile exiſtere continue propter longe à principio

diſtare:

diſtare: & dicit Scotus ibi, ꝙ Ariſtoteles ponit continuationē ſpe cierum non per conſeruationem indiuidui in ſe: ſed hoc eſt per cō tinuationem unius ab alia, & hoc eſt ꝙ inquit Ariſtoteles 2. de anima tex.com.35.ubi ait, quoniam ſemper agitur communicare non poſſunt ipſo ſemper, & diuino cōtinuatione &c. Et hoc eſt *ꝙ ibi dicit & in diſputationibus* Com. *ꝙ ſollicitudo diuina miſerta, eſt nobis &c.et ineconomicis ſed ad argumētū hō ſemper fugit mortem, ergo ſemper appetit uiuere: quia fugiens unum oppoſitū non fugit, niſi propter amorem alterius oppoſiti.* Reſ*pondetur, ꝙ iſta eſt falſa, ſemper fugimus mortem: ſed debet, ſic dici quandocunq; uiuimus ſemper fugimus mortem, & ſic non ſequitur, ergo ſemper fugimus mortem: & ſic dicit Scotus. ꝙ ex hoc ſequitur, cum homo fugiat mortem pro nunc ergo amat uitam, pro nūc, et ſic de quolibet nūc ſignato, ſed non ſequitur ergo pro infinito.*

TErtio Arguo, *& iſtud argumentū fuit quo* Ariſtoteles *conuincebat diſcipulos in morte ſua, ut dicitur: ſic naturaliter cognoſcitur ꝙ quilibet eſt dignus premiatione, ſecundum ſua merita: ſed multi merentur in hac uita, & non premiātur in hac uita, ergo, præmiandi ſunt in alia, & non poſſunt premiari, niſi aīa eſſet immortalis ergo, anima eſt immortalis: poſſet aliquis* Reſpō*dere, ꝙ qui merentur in hac uita: in hac uita premiantur, & ſic non ſequitur iniuſtitia: contra uidemus bonos communiter ducentes ſanctam uitam in hac uita pluribus aduerſitatibus miſerijs, & tribulationibus eſſe ſubiectos iſti non præmiantur in hac uita ergo præmiandi ſunt in alia.* Itē *hoc dicit* Apoſtolus 15. *cap. ad* Chorinthios. Si *in hac uita tantum in* Chriſto *ſperamus miſerabiliores ſumus omnibus hominibus: uolens dicere quanto meliores*

ſumus

ſumus in hac uita tanto plures tribulationes habemus, & ſic non habemus in hac uita premium ergo expectandum in alia uita.

AD *iſtud reſpondetur, ꝙ quilibet q bene operatur premiatur in mundo iſto: quia quilibet actus bonus eſt premium ſui: qa quilibet actus malus eſt pœna ſui eſſentialis: dic ut ſcis, ꝙ pœna accidentalis eſt quæ conuenit alicui malo, ut puta ſecundum aliquam legem, & dic quomodo illa non ſufficit peccato ſine pœna eſſentiali: ſed bene ẽ contra: dicit.n.* Beatus Auguſtinus. *Iuſſiſti Domine, & ita eſt ꝙ quodlibet peccatum eſt pœna peccati, ideſt peccatoris. quilibet bonus actus eſt premium facienti, & ideo nõ eſt expectandum extra iſtam uitam aliud premium quam illud ꝙ eſt annexum in bono actu: & nota ꝙ uerum eſt, ꝙ quodlibet peccatum eſt pœna peccatoris, quia per quodlibet peccatum caremus aliquo bono ꝙ deberet nobis in eſſe, & carentia rectitudinis quæ deberet nobis in eſſe, eſt ipſum peccatum, & illa carentia eſt ſibi pœna: ſic quilibet actus bonus eſt adductiuus alicuius premij illi qui bene agit, quia adducit rectitudinem homini qui bene agit, & malus eſt adductiuus pœne.*

DIcunt *tamen* Theologi, *ꝙ licet actus bonus adducat aliquod conueniens, & utile homini tamen* Deus *non uult illud eſſe premium ſufficiens pro actu bono hominis, ſed uult adhuc dare uitam æternã, & ibi oſtenditur mirabilis bonitas ipſius* Dei *exquo ſequitur ſecundum ipſos, ꝙ ſecundum legem* Dei *ordinatam nullus actus bonus meritorius poteſt ſufficienter premiari per quodcunq; bonum temporale, & hoc eſt, quod communiter dicitur ꝙ* Dominus Deus *ſemper premiat ultra condignũ puta ſi minus daret, adhuc ſufficienter premiaremur, nec pœna illa eſſentialis ſecundum*

iſtud de mente philoſophi. ſ. ꝙ anima intellectiua non corrumpitur, ſicut aliæ, puta ad corruptionem alicuius corporei, quod corporeum ſit organum illis in operando. Vnde anima ſenſitiua, & potentiæ ſenſitiuæ corrumpuntur ad corruptionem organi, ꝙ organum eſt ſemper aliquod corporeum: anima intellectiua non eſt corruptibilis hoc modo puta ad corruptionē alicuius organi: ſed ex iſto non poteſt inferri, ꝙ ſit ſimpliciter incorruptibilis: ſed ſolum ꝙ non eſt corruptibilis ſicut aliæ, & hoc eſt, ꝙ inquit Ariſtoteles 3. de anima, ꝙ intellectus corrumpitur quodam interiori corrupto dico, ꝙ Ariſtoteles dicit iſtud interius ad cuius corruptionem anima corrumpitur, uel intellectus non eſt organum corporeum: ſed eſt ipſum totum cuius anima eſt pars ita ꝙ uult habere, eſt ꝙ anima eſt corruptibilis ad corruptionem illius, cuius eſt pars. ſ. hominis, & hoc cauſatur ex illa authoritate philoſophi 2. de anima, ꝙ ſi ſenex acciperet oculum iuuenis uideret, ut iuuenis.

ITem philoſophus 2. de anima 123. & 3. de anima 7. Ariſtoteles ponens differentiam inter ſenſum, & intellectum dicit, ꝙ excellens ſenſibile corrumpit, & propter hoc poſtea minus ſentit minus ſenſibile patet per experientiam, quod poſt ſenſationē excellentis ſenſibilis parua ſenſibilia non poſſunt ita perfecte uideri, ut poſt uiſionem ſolis aſpiciat poſt parietem parum, aut nihil uidebit de albedine. non ſic eſt de intellectu, immo poſtquam intellexit ſumma intelligibilia, magis intelligit inferiora.

AD iſtud dicit Scotus. Dico quod excellens ſenſibile corrumpit ſenſum per accidens, quia corrumpit organum, quia ſoluit illam mediam proportionem, in qua conſiſtit bona diſpoſitio organi. iſta proportio organi eſt indifferens ad omnia ſenſibilia,

ideſt ad recipiendum ſpetiem omnium ſenſibiliũ,ideo dicitur corrumpi,quo ad mediam proportionem, quia poſtquã recipit ſpetiem magni, & excellentis ſenſibilis indiſponitur per illas ad ſuſcipiẽdum ſpeties parui ſeſibilis, & per oppoſitum intellectus, quia non habet organum nõ corrumpitur ab excellenti intelligibili: ſed ex hoc non ſequitur ꝙ ſit ſimpliciter incorruptibilis, niſi probetur,ꝙ non dependeat in eſſendo à toto, ꝙ erit difficile, & ſit reſponſio ad hoc.

ITem philoſophus 7.methaph.ultimo habet ꝙ omnes partes quæ poſſunt manere ſeparatæ à toto ſunt elementa, & ꝙ præter tales oportet ponere neceſſario aliquam formã qua totum eſt id ꝙ eſt quæ non poteſt manere ſeparata à parte materiali toto non remanente: igitur ſi conceditur animam intellectiuam eſſe formam hominis per informationem tenet eam mortalem.

AD iſtud Reſpondetur. Ariſtot.non intendit probare, ꝙ omnes partes quæ poſſunt manere ſeparate à toto, cum totum corrumpitur:ſint elementa: ſed ſolum philoſophus, & Commẽtator,uult ibi ꝙ in omni compoſito ex per ſe ex elemẽtis,& partibus materialibus præter elementa eſt aliquid additum ipſis per quod compoſitum, eſt unum, ut exponit Commentator commento ultimo eſt forma, & prima cauſa eſſendi, ut probat philoſophus: ibi de iſta ſillaba in carne, & de iſta ſillaba ba: quoniam diſſolutis ab inuicem elementis, ut ignis, & terra manent elementa, & non manet compoſitum igitur aliquid eſt in compoſito præter elementa.

SED contra iſtam Reſponſionem philoſophus ſic arguit diſſolutis inuicem elementis,ut ignis,& terra manet ignis,& terra manet

ra manet ignis & terra, & non manet caro igitur aliquid eſt in carne præter ignem, & teram: à ſimili arguo: ſi anima intellectiua poteſt manere poſt corruptionem hominis: corrupto homine manet anima intellectiua, & corpus, & non manet homo, ergo eſt aliquid in homine præter animam intellectiuam, & corpus: ſed illud eſt forma, ergo aīa intellectiua, non eſt forma ultima hominis.

AD *iſta Reſpondetur, & primo, dico ad 2. argumentum concedendo conſequens, & conſequentiam: ſed forma totius eſt alterius rationis à forma partis, inter formas tamen partiales anima intellectiua eſt ultima forma.*

AD *illud primum. ſ. diſſolutis inuicem elementis ignis, & terra manet ignis, & terra, & non manet caro igitur aliquid eſt in carne præter ignem: & terram.*

AD *hoc pri. Reſpōdetur pro opinione* Auerrois, *ꝙ Ariſto. intendit probare contra negantes cauſam formalem præter elementa concurrentia ad cauſandum compoſitum in eodem genere cauſæ, quia in genere cauſæ materialis concurrere aliquid additum illis ꝙ eſt principiū, & cauſa eſſentiæ rei in alio genere cauſæ, quam in genere cauſæ materialis, & eſt iſta forma partis ſecundum* Auerroim, *quæ pro quanto eſt illud, quo ipſum compoſitum habet eſſe quidditatiuum eſt forma totius ſic, ꝙ forma partis, et totius ſunt unum. & idem ſecundum ipſum. differunt tamen pōes nes diuerſos reſpectus.* Nam *pro quanto forma intrinſece concurrit partialiter cum materia ad conſtituendum compoſitum dicitur forma partis: pro quanto autem eſt illud, quo compoſitum hēt eſſe quidditatiuum, & eſſentiale dicitur forma totius. eſt enim forma partis ſecundum ipſum tota quidditas rei:* Contra hoc arguit Sco-

 tus in

tus in 3. d. 22 uide ibi, & ſic ſecundum iſtam uiam corrupto cōpoſito non remanet, neq; forma partis, neq; totius, & ſecundum ipſum, anima intellectiua non eſt illud, quo homo habet eſſe per ſe & eſſentiale, ſed anima cogitatiua.

ALiō modo poteſt exponi tenendo opinionē Scoti in 3. d. 22. *uidelicet* ꝙ *tota quidditas compoſiti non ſit forma partis: ſed etiam materia, ut ibi tenet, & eſt opinio Ariſt. 7. methaph. quæ duæ conſtituunt intrinſece quidditatem & formam totius quæ eſt 3. entitas realiter diuerſa à partibus cōponentibus, ut tenet Scotus in 3. d. 2. q. 2. ar. pri. unde Scotus, ideo dico,* ꝙ *ultra formā quæ perficit materiam ultimate, & dicitur forma partis non eſt neceſſe ponere aliam formam, quaſi perficiente, tam materiam, quam formam, quia materia, & forma in toto non ſunt partes eiuſdem* Rationis, *ſiue elementa perfectibilia ab aliquo actu 3 ſed unum eſt proprium perfectibile, & aliud proprius actus, & hæc eſt præciſa ratio quare faciunt unum per ſe ex 8. metha. ſi tamen intelligatur forma totius non aliquid conſtituens totum: ſed ipſa natura tota, ut qdditas hoc modo.* Concedi bene poteſt ꝙ *forma totius ſit alia à forma partis, &* ꝙ *natura, uel quidditas poſſit dici forma patet ex philoſopho. 5. metha. cap. de cauſa,* ꝙ *ſit alia realiter diſtincta, patet in pri. articulo huius. q. ſed reſpectu cuius eſt forma.* Reſpondeo, *& dico,* ꝙ *reſpectu totius compoſiti non quidem forma informans, ſed forma, qua compoſitum eſt ens quidditatiue, & hoc modo totum eſt ens formaliter forma totius. ſicut album dicitur album albedine, non quidem* ꝙ *forma totius ſit, quaſi cauſa ipſius totius cum materia, & forma partialis cauſans, quaſi totum ſed eſt ipſum totum præciſe conſideratum: ſecundum illum modū*

quo

quo loquitur Auicenna. 5. methaph. æquinitas eſt tantum æquinitas: ſed ſi aliquis diceret utrum forma dicat imperfectione Scotus in pri. d. 8. q. 3. inquit Reſpondeo, ꝙ forma in creaturis habet aliquid imperfectionis, ſcilicet, quia eſt forma informans aliquid & pars compoſiti: aliquid etiam habet, ꝙ non eſt imperfectionis: ſed conſequitur eam ſecundum ſuam rationem eſſentialẽ ſiue formalem. ſ. ꝙ ipſa ſit quo aliquid eſt tale. Exemplum ſapiẽtia in nobis eſt accidẽs hoc eſt imperfectionis, ſed ꝙ ipſa ſit quo aliquid eſt ſapiens hoc non eſt imperfectionis: ſed eſſentialis rationis ſapientiæ: in diuinis autem nihil eſt forma ſecundum illam duplicem rationem imperfectionis: quia nec informans, nec pars: eſt tamen ibi ſapientia in quantũ eſt, quo illud in quo ipſa eſt. eſt ſapiẽs: & hoc non per aliquam compoſitionem ſapiẽtiæ ad aliquid quaſi ſubiectum. Nec quaſi ſapientia illa ſit pars alicuius compoſiti, ſed per uerã identitatẽ, qua ſapiẽtia propter ſui infinitatẽ perfectã perfecte eſt idem cuilibet cum quo nata eſt eſſe ratio aſſignatur à Scoto in eadem. d. 5. quia rationi infinitatis repugnat eſſe partem ad propoſitum, & iſta 3. entitas non manet diſſolutis partibus componentibus quæcunq ergo partes diſtinguntur contra iſtam formã totius, & contra eſſentiam totam reſultantem ex partibus appellantur partes materiales: quia diffinitio exprimens quidditatẽ non eſt ipſarum partium componentium: ſed eſt ipſius eſſentiæ reſultantis ex ipſis, & iſta eſſentia eſt cauſa, & principium pro quanto eſt illud, quo compoſitum habet eſſe quidditatiuum, & eſſentiale tale, ut declarat Ariſto. 7 metha. in textu comento. 49. & ita diſſoluto compoſito non remanent, niſi partes materiales. Etiam ſi maneat anima intellectiua Ariſtoteles uult probare, ꝙ præter iſtas

partes eſt aliquid additum iſtis, ꝙ non remanet, & ſi dicas ꝙ mirum uidetur ꝙ anima intellectiua, & uniuerſaliter aliqua forma dicatur pars materialis: dico ꝙ hoc non eſt extraneum, ab intentione Ariſto. & Auerrois, nam com. 60. habetur ꝙ illud ꝙ eſt additum elementis eſt elementum: Vnde hæc ſunt uerba Commētatoris: apparebit hic eſſe ſubſtantiam aliam ab elementis materialibus quæ eſt etiam elementum ꝙ eſt pri. cauſa, & ꝙ eſt cauſa quæ eſt forma, unde forma appellatur forma immateriale, & ſic patet ad argumentum.

ITem ꝙ anima ſit immortalis patet per authoritatem philoſophi 12. metha. tex. com. 17. mouentes cœlū uult prius exiſtētes quæ autem, ut ratio forma ſimul ſuple cum cauſato, ut toto: quando. n. ſanatur homo tunc, & ſanitas eſt ſi autem poſterius aliquid manet perſcrutandum eſt, in quibuſdam. n. nihil prohibet, ut ſi anima eſt tale non omnis, ſed intellectus omnis, nanq; impoſſibile forſan.

AD iſtam authoritatem Reſpondet Scotus ꝙ Ariſtot. dubitatiue, loquitur cū li ſi & li forſan, ideo nihil concluditur, & quia Ariſto. dicit poſterius perſcrutandum remittit ſe alibi determinaturum: ſed ubi eſt locus in quo philoſophus ſe determinat aliqui dicunt ꝙ in. 16. de animalibus, ubi inquit relinquitur ſolum intellectum de foris aduenire: aliqui dicunt, ꝙ philoſophus ſe determinat in 3. de anima tex. com. 19. Vbi intellectui attribuit tria uidelicet eſſe impaſſibile, eſſe ſeparabile, eſſe immixtum, & iſta nō ſunt ſinonima, quia Ariſto. non utitur ſinonymis in ſcientia demonſtratiua, aliqui. dicunt, ꝙ in 3. de anima tex. com. 2. loquēs, tam de intellectus agente, & poſſibili dicit ſeparatus autem, ſolum hoc ꝙ uere, eſt ſolum hoc immortale, & perpetuum eſt quia ibidē

Ariſt.

Ariſt. quærit quare intellectus non reminiſcitur poſt mortem quæſtio quæ præſupponit animam intellectiuam remanere, poſt mortẽ alioquin uana eſſet quæſtio, ac ſi quæreretur, quare aſinus poſt mortem non reminiſcitur. Dicit Præceptor meus, Reuerendus magiſter Iacobinus Barges ꝙ Ariſt. in eodem libro eiuſdem. 12. meth. tex.com. 39. ubi philoſophus dicit, deductio autẽ qualis optima paruo tempore nobis, ſic. n. ſemper illud eſt nobis quidem impoſſibile.

NOta autem, ꝙ deductio autem optima quæ eſt finis hominis eſt illud eſſe perfectum acquiſitum poſt ſciẽtias ſpeculatiuas & non intelligo fœlicitatem pollincam quæ eſt uſus uirtutis. 7. politicorum, ſed Ariſt. per deductionem intellexit cõtemplatiuam quæ ſecundum philoſophum. 10. Ethicorum. c. 8 eſt ſecundum nobiliſſimum habitum qui eſt ſapientia, ſed quæritur in quo cõſiſtat fœlicitas hominis. an in bonis corporis, an in bonis exterioribus, an in cognitione ſenſitiua, & dicit Ariſt. 7. politicorũ, ꝙ nõ. Deus enim, & intelligentiæ ſunt fœlices, & non in aliquo illorum hominis autem fœlicitas eadem eſt cum fœlicitate intelligentiarũ: neq; ſenſu coniungimur optimo, neq; ſenſus operatio eſt perfectiſſima hominis operatio, neq; uirtus ſenſitiua eſt uirtus in homine perfectiſſima, ideo 10. Ethicorum. 13. puer, aut equus non eſt fœlix qa non participat tali operatione, ideo conſiſtit fœlicitas in operatione intellectus quæ operatio dicitur immanẽs, ut habetur 10. Ethicorum. c. 8. & 10. inquirit autem. 6 ethicorum Ariſt. cap. 17, an ſapientia ſit perfectiſſimus habitus, & cap. 18. concludit ꝗ ſic. & 10. ethicorum cap. 8. ſecundum optimum habitũ qui eſt ſapientialis: fœlicitas conſiſtit, an in operatione habituali concludit

ꝙ non

ꝙ non quia tunc ineſſet dormienti:cōſiſtit igitur fœlicitas in actuali intellectione, ſecundum perfectiſſimum habitum obiecti perfectiſſimi ſeparati boni: unde per bonum ſeparatum non eſt intelligē dum quandam quidditatem, uel naturam ſeparatam, & diſtinctam à ſingularibus, quæ ſit de eſſentia illorum ſingularium, a qua tamen ſingularia eſſentialiter dependent, & prædicatur illis quemadmodum Plato imaginatus fuit, tunc nullum tale eſt ponendum, nec per conſequens fœlicitas cōſiſtit in illo bono alio modo: per bonum ſeparatum poſſumus intelligere bonum, ꝙ eſt finis omnium aliorum bonorum gratia cuius cætera operantur, & omnia ab eo eſſentialiter dependent, & eſt omnium efficiens, & ſic capiendo bonum ſeparatum, notum eſt, ꝙ fœlicitas noſtra conſiſtit in illo quia tale non eſt, niſi ipſe Deus glorioſus. Nota etiam ꝙ fœlicitas noſtra non conſiſtit in Deo ſubiectiue, quia tunc per eam non eſſemus formaliter fœlices Deus etiam nullius poteſt eſſe ſubiectum cum ſit ſumme ſimplex dico ergo, ꝙ fœlicitas noſtra conſiſtit in Deo obiectiue. i. Deus eſt illud ꝙ per operationem noſtram in qua conſiſtit fœlicitas noſtra attingitur igitur fœlicitas noſtra dicitur eſſe in deo obiectiue, & nota ꝙ ad hoc ꝙ aliqs efficiatur Beatus requiritur, ꝙ in ſcientijs ſpeculatiuis erudiatur ſufficienter, ſed ultra hoc requiritur, ut hanc perfectam ſpeculatiuam cognitionē uirtutes morales conſequantur, & ſequelam declarat Commentator in prologo pri. phiſ. authoritate Alexandri, ex perfecta.n. cognitione Dei glorioſi habet intenſus amor Dei, & fruitio illius, dic quid ſit fruitio, & quid uſus & quomodo in nia Scoti nō da tur medium, & quid ſit grauius peccatum, uel uti fruendis uel frui utendis. & in hoc fac argumentum illud difficillimum, ꝙ te docuit

te docuit præceptor Barges.et uide Scotũ in pri.d.pri.q.pri.de ſrui tione, & sic secundum uirtutes morales inducitur homo ad uiuẽ dum. cum igitur ſuerit homo secundũ uirtutes morales ſufficiẽter habituatus, ſic quod ceſſauerit diſcordia inter senſitiuum appetitũ & intellectiuum ſic: quod rationi regimen tributũ erit, ſine intrinseco repũgnanti, ſic,quod uerum erit dominium rationis ſuper uiribus ſenſitiuis, tunc homo erit fœlix ex quo patet ꝙ quia in habituatione hominis ſecundum uirtutes, & ſcientias magnum tempus uitæ hominis labitur dixit Ariſt. 12. methaph. tex. com. 39. ꝙ homo fœlix paruo tempore durat: tum quia multis operabilium principijs non aſſentit homo, niſi per longam experientiam ut 6. Ethicorum Ariſt.cap. 14. & talis fœlicitas moralis ordinatur in contẽplatiuã, ſicut bellũ in pacẽ, ut dixi recitando opinionẽ Alex.

ALiqui fuerunt mali, & peſſimi, ſicut fuere ille Mahomettus, & alij ſecundũ ꝙ dicit doctor Subtilis in 2. q.prologi, ꝙ prædicauerunt humanam fœlicitatem conſiſtere in uoluptatibus, & delectationes eſſe conſequendas tantum quantũ poterãt, & iſti multos habent ſequaces tamen iſtos uidetur dicere Ariſt. in 3. Ethicorum eſſe miſeros, & peiores beſtijs, nam iſti ſunt qui ſpreta ratione quæ eſt excellentior quam ſenſus dant ſe totaliter ſenſualitati, & iſti dicuntur congrue peiores beſtia quæ non dicitur culpariſi ſequatur ſenſualia, cum non habeant rationem, & dicit Ariſt. ꝙ incommoda iſti mirabilia conſequuntur: pri.iſti circa opera rationis non poſſunt intendere. uidemus.n. ꝙ cum cibo & potu & coitu ſunt pleni parum, aut nihil circa literas uacare poſſunt iſti.n. inſequũtur illa, quibus beſtijs efficimur ſimiles. dimittunt.n. in quo ſimiles efficimur Deo, & intelligentijs: unde tales ſunt qui

Q ſenſuales

ſenſuales proſequuntur, & dimittũt opus philoſophiæ, tales.n.dele ctationes omne bonum animæ impediunt, & uerè philoſophiæ diſciplinæ contradicẽtes dicente Ariſto: in morte ſua philoſophus purus & diſciplinatus mortificauit omnia ſua deſideria. purus enim philoſophus contemnit omnes delectationes aurum, & argentum, & hoc eſt ꝙ inqt Auerrois in prologo pri. phiſi, authoritate Alexandri ꝙ philoſophi debent eſſe caſti abſtinẽtes iuſti prudẽtes boni, & liberi uilipendunt pecuniam cum cognoſcant eſſentiæ pecuniæ uilitatem, & ꝙ ſtudioſitas in eo eſt unum de deſiderijs præter naturam: ideo dico ꝙ Ariſt. multum in uniuerſali loquitur de beatitudine, nec aliquo mõ determinat in ſpetiali, de iſta puta quæ ſpeculatio eſt quis actus eſt. nos uero ponimus fœlicitatem perpetuam ſecundum fidem in illa clara uiſione ipſius Dei in dilectione eius ſuper omnia lumine naturali non poteſt haberi, & hoc dicit Scotus in. q. pri. prologi, unde dicit ſoli rationi naturali innitendo errabit circa finem, uel dubius remanebit: unde pri. Ethicorũ cap. 14. dubitando, ſic ait, ſi quid Deorum eſt donum hominibus rationabile fœlicitatem. idem dicit in 4. d. 49. q. 2. ſ. ꝙ ratione naturali non poteſt haberi diſtincta cognitio in particulari de beatitudine ſine cognitione ſupernaturali. de his ſatis.

ALiqui arguunt pro mortalitate ſic poſita æternitate mundi à parte ante fuerũt infiniti homines ergo infinitæ ſunt animæ ergo daretur infinitum in actu ꝙ eſt contra philoſophũ in 3. phiſ. ulterius producatur alia anima ergo infinito fieret additio, dico, quod iſtud argumentum nihil concludit apud tenentes dari infinitũ in multitudine actu, ut Grægorius in primo. d. 42. 34 q. 4.

DE 3. propoſitione. ſ. utrũ anima perpetuo remaneat extra corpus &

pus, & uidetur ꝙ non quia quæcunq; duo cōtraria competūt alicui: ſi unum competit ſecundum naturam reliquum competit præter naturam, ut patet pri. cœli tex. com. 62. ut ſi moueri deorſum competit graui naturaliter moueri ſurſum inerit contra eius naturalem inclinationē, ſed anima intellectiua naturaliter perficit corpus igitur ſeparatio eius erit præter naturam, & uiolentam, ſed nullum uiolentum eſt perpetuum, ergo anima non remanebit extra corpus.

AD *maiorem iſtius rationis, dico ꝙ habet ſic intelligi, ꝙ ſi unum oppoſitorum conueniat alicui per naturam, ſic ꝙ ab illo perficiatur intrinſece, & perfectionem aliquam eſſentialem accipiat, tunc reliquum oppoſitorum conueniet ſibi præter naturam: & notanter dicitur intrinſece, & eſſentialiter, quia, & ſi ſuperficies recipiens albedinem perficiatur naturaliter per albedinē quia tamen accidentaliter perficit per ipſam ſi ei inerit nigredo hoc non erit præter naturam, & eſt in potentia neutra: ſed in propoſito minor erit falſa quæ aſſumitur ſub iſta maiore, quia uniri corpori non ſic competit animæ, ut ipſa intriſece perficiatur.*

VEL *dic ut* Scotus *dicit authoritate* Auicennæ *in 4. d. 43. q. 2. ſ. ꝙ* Auicenna. *6. naturalium dicit ꝙ anima unitur corpori, ut acquirat ſecundam perfectionem ſuam mediantibus ſenſibus ſine quibus ipſa perfectio haberi non poteſt ſicut eſt intellectio ſenſibilium qua acquiſita appetitus animæ eſt ſatiatus, & ideo nō eſt contra inclinationem eius à corpore ſeparari, & ideo ſeparatur totaliter ſanata, & ſic non ſtat ſub imperfectione: Auicenna, uult dicere, ꝙ anima noſtra ſatiatur in corpore noſtro, quia ibi lucrantur merita, & perfectiones, exemplum, iumentum eſt neceſ*

 ſarium

ſarium ruſtico, ut perueniat ad forum, ſed poſtq̃ peruentum eſt ad ipſum eſt ſibi inutile, & oneroſum, ſic in propoſitũ corpus eſt, quoddam iumentum animæ, per quod acquiruntur ſpēties ſenſibilium quibus habitis corpus non eſt amplius ſibi neceſſarium, ſed potius oneri.

VEL dic ut Scotus in 4. d. 45. q 2. Reſpondēdo ad principalia, quia aĩa non unitur corpori propter perfectionē aĩæ, q̃ aeque perfecta ē ſeparata, ſicut cõiũcta, neq; propter perfectionē corporis, ſed propter perfectionem totius conſiſtentis ex iſtis partibus, & ſi quis quæreret, quo compoſitum eſt tale, ut puta quo homo eſt homo, Reſpondet Scotus in 4. d. 12. q. 2 circa finem dicit: Dico ꝙ homo eſt homo, ut quo totale humanitate, ſed per animam eſt homo, ut quo partiali, & hoc eſt ꝙ aliquando cõſueuit dici de forma totius, & forma partis: forma autem totius eſt quiditas rei includens utrãq; partem eſſentialem, & illa non eſt aliud realiter ab ipſo, quia ſi forte ſit aliud tantum eſt aliud in modo intelligendi: & tantum iſto modo poſſunt differre: quo & quod reſpectu actionis, quando quo eſt, quo tale ꝙ ſemper eſt ad minus quando ipſum quo nulli alij ineſt, & forte etiam quando alij ineſt. Quia tunc ſubiectum nullam cauſalitatem habet propriam reſpectu actionis: ſed tunc denominatur ab illo denominatione remota, quia denominatur à principio quo illius actionis.

AD illam authoritatem philoſophi pri. de cœlo, & mundo, ꝙ nullum uiolentum eſt, perpetuum tamē in philoſophia eſt dubia. Nam ignis naturaliter mouetur ad mediũ. i. ſurſum ergo ꝙ moueatur perpetuo circulariter mouetur contra ſuam inclinationem, & tamen quandiu cœlum lunæ mouebitur ignis elementaris

mouebitur

mouebitur circulariter contra eius naturalem inclinationem, & tamen philoſophus hoc cõcedit, & ſic iſta eſt dubia, neq; nota ratione naturali. ſ. nullum uiolentum eſt perpetuũ dico ergo ꝙ anima rationalis habet naturalem inclinationem ad informandũ corpus quando eſt debite organizatum, ita habet naturalem inclinationem ad non informandum corpus non debite organizatum, modo poſt corruptionem non eſt debite organizatum, ideo Scotus ægregiæ dicit in 4. d.43. q. 2. in fine, ex his apparet quantæ ſint gratiæ referendæ miſericordiæ Creatoris qui nos certiſſimos per fide reddidit in ijs quæ pertinent ad finem noſtrum, & ad perpetuitatem ſempiternã ad quæ ingenioſiſſimi, & eruditiſſimi quæſtionis huius nihil poterant attingere iuxta illud Auguſtini 13. de trinitate cap. 9. in fine ꝙ uix pauci magno ingenio prediti ocio uacãtes doctrinisq; ſubtiliſſimis eruditi ad indagandam ſolius animæ immortalitatem peruenire potuerunt: ſed ſi fides adſit quæ eſt in eis quibus dedit Chriſtus ſilios Dei fieri, nulla quæſtio eſt: quia ipſe ſuos credentes in hoc certiſſimos reddidit, hæc Scotus.

SED *eſt maximum dubium cum dicit* Ariſt. 16. *animalium, ꝙ aĩa intellectiua de foris aduenit igitur dubitatur de inceptione ipſius animæ intellectiuæ. ſ. quomodo producatur* Scotus *in* 4. *d* 43. *q.* 2. Si.n. *non ponit* Deum *aliquid immediate de nouo agere. ſed tantummodo motu ſempiterno mouere cælum, & hoc ut agens remotum à quo agente ſeparato poneret animam intellectiuã non ponitur ab aliqua intelligentia, ut patet in pri.d.huius 4. quia illa non poteſt creare ſubſtantiam immaterialem, nec illa poteſt aliꝗ nouũ ĩmediate cauſare, q̃:* Deus: *uide ibi ad lõgũ in pri.d.pri. q.pri. & dic opi.* Auic. *et fundamẽtũ eius et qũo eſt falſum, et quo modo*

modo ſit opinio Auicennæ, & quomodo non per illud ꝙ dicit ipſe 7.meth.c,9 una intelligentia producit aliam ponendo cathenā auream: unde ſecundum ipſum plura ſunt neceſſe eſſe incōplexa quæ impoſſibile eſt non eſſe ſecundum ipſum. Vnde imaginatur Auicenna ꝙ pri. intelligentia intelligendo ſe producit 2. intelligentiā quæ regit orbem & eſt mouens extrinſecum: & iſta 2. intelligēdo pri. à qua fuit producta cauſat tertiam, & intelligendo ſe cauſat animam ſui orbis, quia iſte ponebat orbes eſſe animatos, & illa anima erat mouens intrinſecum, & iterum illa intelligentia: intelligendo poſſibilitatem, & dependentiam ſuam à pri. intelligentia cauſat ſuum orbem ex quo patet ꝙ ipſe ponebat tot eſſe intelligentias quot orbes, & ſic ipſe ponebat cœlos eſſe aīatos, & cuiuſlibet orbis ponebat duo mouentia intrinſecum ꝙ eſt anima illius & intelligentia quæ erat mouens extrinſecum. hæc ille, ſed tu fac argumentum ꝙ ſcis de eſſe cognito, ut puta de uniuerſali ſubſtantiæ quærendo utrum ſit ſubſtantia, uel accidens, & dic ut ſcis.

VNde nota ſecūdum ſententiam Doctoris ſubtilis Scoti in 4. d. 43. q. 2. & in 2. d. 17. ꝙ nulla actio ſiue agentis naturalis quæ appellatur generatio ſiue Dei, quæ appellatur ſimplex productio, ſiue actio productiua directe, & per ſe ſecundū Ariſt. & Auerroem, terminatur ad formam. ſed ad compoſitum cuius eſt forma, ut patet 7. methaph. tex. com. 27. itaꝙ eadem productio quæ eſt per ſe compoſiti per accidens eſt formæ, & in productione animæ intellectiuæ eſt iſte proceſſus ꝙ agens, naturale inducit in materia debita diſpoſitiones, & ultimam organizationem corporis animam, intellectiuam: qua inducta Deus immediate per priuationem cuiuſcunꝗ medij: in ratione agendis in

ducit

ducit animationem in corpore organizato, & diſpoſito, ſecundum philoſophum neceſſario neceſſitate immutabilitatis, & in euitabilitatis, quia dicit Scotus in 4. d. 12. q. 2. ꝙ Deus ſuplet impotentiam naturæ, quia Deus fecit tale pactum cum natura, ꝙ ſi ipſa diſponeret ad introductionem alicuius formæ quæ forma non poſſet produci, à natura ipſe Deus ſupleret introducendo illam formam, & dat exemplũ Doctor de anima intellectiua: quæ animatio primò eſt mutatio: quia ſi mutatio dicatur eſſe productio de aliquo ſubiecto tranſeunte de priuatione ad habitum quando priuatio tempore, & duratione præcedit formam, & hoc loquendo de ſubiecto, quod immediate recipit formam, cum hic non ſit talis tranſitus non erit mutatio: aſſumptum probatur, quia hoc ſubiectum eſt corpus ultimate organizatum, & diſpoſitum: in ultimo autem inſtanti organizationis corpus tale organicum animatur à Deo: q͞a aĩa intellectiua, nec quantum ad eſſe, nec quantum ad non eſſe continetur in uirtute actiua alicuius agentis naturalis: iſta uero productio quæ eſt corporis animati per ſe eſt ipſius compoſiti, & per accidens eſt ipſius animæ intellectiuæ, ex quo ſequitur, ꝙ iſta productio quæ eſt animatio non eſt mutatio, & ex conſequenti non eſt generatio, quia omnis generatio, eſt mutatio ſecundum Ariſto. 5. phiſ. ubi collocat generationem ſub mutationem tex. com. 7. & ſi quis quærat, quid eſt ꝙ generatur, dic ut Scotus in pri. d. 2 q. pri. & in pri. d. 8. & dic ut in uniuerſalibus. q. penultima poſtea reproba illam opinionem, & dic ut dicit in ſententÿs locis præallegatis. Iſta autem productio non eſt creatio, quia eſt de aliquo ſubiecto ultimate diſpoſito, & ita erit actio productiua, ſiue methaphiſica. Et de iſta actione locutus eſt Ariſt. in principio. 9 methaphiſ.

libetis.q.7.q̃uo dicit utrũ iſta ſit demõſtrabilis Deus eſt oĩpotens dicit ꝙ qcqd Deus immediate producit neceſſario producit ſi li immediate neget,tã cauſam mediã q; diſpoſitionẽ in paſſo q; effectum preuiũ in paſſo,ſed ubi Deus producit aliqd mediãte cauſa 2. uel mediãte diſpoſitione in paſſo,uel mediãte aliquo effectu preuio producit nõ propter nouitatẽ in ipſo Deo, nec propter neceſſitatẽ ſimpliciter in Deo, ſed ſolum propter nouitatem in cauſa media, uel propter diſpoſitionem preuiam in paſſo ex quo ſequitur,ꝙ anima rationalis immediate producta à Deo ſine cauſa media, ſed nõ ſine diſpoſitione preuia, quia corpore organizato debite, quæ organizatio uocatur diſpoſitio preuia ad nouitatẽ illius producit Deus immediate animam intellectiuã,& dicit Scotus,ꝙ tunc producit neceſſitate ineuitabilitatis: quia pro tunc non poteſt non producere,& uarietas non eſt tunc ponẽda in Deo, ſed in paſſo,unde breuiter eſt mens Ariſto.ꝙ ſi nõ eſſent cauſæ 2. uel diſpoſitiones preuiæ nouæ Deus non poſſet aliquid producere, niſi cum mutabilitate ſua,ut de nõ producere ad producere, et idẽ Scotus 43.4.q. 2. dicit ꝙ aliquis effectus eſt de nouo totaliter à Deo, ſic ꝙ non propter uariationem cauſæ 2. neq; propter uariationem in paſſo, uel nouitate effectus talis nouitas eſſet reducenda in Deum: ſed ubi Deus immediatæ aliquid producit propter nouitatem cauſæ ſecũdæ, uel nouitatem in paſſo talis nouitas reducitur ad nouitatẽ cauſæ ſecundæ, uel paſſi,& eſt exemplum de ſole, qui ſine mutatione ſui liquefacit glaciem,& indurat lutum.

SCotus in quolibetis.q. 7. inquit ꝙ Deus ſecundum Ariſto.neceſſario agit qcqd põt agere immediate, uult dicere ibi Scotus, ꝙ philoſophus intelligit quando prima cauſa aliquid producit nihil

preſupponendo in tali productione neceſſario producit, puta, quã do non preſupponit cauſam mediam, nec effectum, nec diſpoſitionẽ primo neceſſario producit. Et ratio. huius eſt apud eũ ex quo iſtud immediate à ſolo Deo dependet, omnino: ipſius nouitas in eſſendo ſiue contingentia non reduceretur ſecundum ipſum ultimate, niſi in aliquã nouitatem in Deo, & ſic intendit ipſe arguere. 8. phiſ. quia illa nouitas motus in uniuerſali, ſiue omnino pri. motus ſiue omnino pri. cauſati quocũq; illud eſſet: eſſet immediate, à Deo ſine omni cauſa media agente, uel diſponente, & ſine omni cauſato medio.

ET ſi quis dicat ſecundum Theologos ſtante iſta forma praecedente poteſt Deus non creare animam intellectiuam, quia ad eſtra mere libere, & contingenter ſe hẽt. Ad hoc dicitur ꝙ licet Deus poſſit cauſare animam de potentia ſua abſoluta non tamẽ conformiter agendo ad leges prefixas à ſapientia ſua quae ſtatuit organizato, & diſpoſito corpore humano ultimate creare animã & inducere animationem in tali corpore: & ideo neceſſitate immutabilitatis agendo ſecundum talem legem: creat animam.

SED dubitatur utrum in homine ſit ponẽda forma corporeitatis diſtincta realiter ab anima intellectiua. Vnde duae ſunt opiniones de hoc una eſt opinio ſancti Doctoris, altera uerior eſt Doctoris ſubtilis Scoti in 4. diſt. 2. q. 3. art. 11. Vnde Sanctus Doctor tenet ꝙ anima intellectiua informet materiam primam, & ꝙ praeter animam intellectiuam nõ eſt ponenda in homine aliqua forma ſubſtãtialis, nec ſequẽs, nec praecedẽs aĩã intellectiuã, ſed ipſa adueniente omnis alia forma ſubſtantialis corrumpitur iſtam ſuam opinionem probat aliquibus medijs: primo unius entis eſt tantum

unum

eſſe, ſed unius eſſe eſt tãtũ una forma ergo in aĩato ꝙ eſt tãtũ unũ ens eſt tãtũ una forma: Pro cuius declaratione *eſt notãdũ, ꝙ ſicut diuiditur in compoſitum, & ſimplex ita etiã li eſſe diuiditur igitur quoddam eſt eſſe compoſitum, & quoddam eſt eſſe ſimplex.* Vnde *eſſe compoſitum eſt illud quod includit plura eſſe partialia: ſed eſſe ſimplex eſt ꝙ non includit plura eſſe, ut in* Angelo. *ſequitur primo ꝙ in uno eſſe ſunt plura eſſe ex quo ſequitur, ꝙ nõ eſt inconueniens, ꝙ in uno cõpoſito ſint plura eſſe partialia, quia eſſe hominis continet eſſe corporis, & eſſe animæ, ideo maior eſt falſa, quia unũ eſſe puta hominis poteſt eſſe à pluribus formis puta ab eſſe formæ corporis: & ab eſſe formæ ultimatæ puta animæ.* ¶ Si *quis dicat ꝙ illa maior eſt uera. ſ. ꝙ unius eſſe eſt tantum una forma eo quia compoſitum ultimate, & completiue habet eſſe ab una forma:* Di*cit* Scotus. *q. præallegata ꝙ põt concedi ꝙ eſſe compoſiti eſt tantum ab una forma completiue, & ꝙ compoſitum habet ꝙ ſit tale à tali forma ſpecifica. i. à forma ultimatè informante ex quo ſequitur homo habet eſſe completiue ab anima intellectiua tantum. cum hoc ſtat, ꝙ illud eſſe includat plura eſſe partialia, ut eſſe hominis continet eſſe materiæ primæ, & eſſe animæ intellectiuæ, & eſſe formæ corporeitatis, ex quo ſequitur ꝙ licet homo habet eſſe completiue ab una forma tamen non ſequitur quin in illo includãtur plures formæ non tanq̃ ſpecifice continentes illud totum, ſed tanq̃ incluſe in potentia, illius compoſiti. i. in corpore ſiue in materia: ſed ut inquit* Scotus *locis præallegatis neceſſe eſt ponere formam corporeitatis in animato realiter diſtinta à forma ſpecifica, ſed ſi quis dicat quæ eſt illa forma corporeitatis, dico de mente Scoti, ꝙ eſt illa per quam recedente anima à corpore habet corpus, ꝙ ſit*

corpus non ꝙ ponitur in recta linea predicamentali, quia illud eſt animatum, ſed habet corpus ꝙ ſit corpus capiendo corpus pro altera parte compoſiti & tale ponitur in prædicamento ſubſtantiæ reductiue ex quo ſequitur ꝙ corpus capitur dupliciter uno modo: pro ut ponitur in recta linea prædicamentali.i.pro ut eſt animatum alio mõ: prout eſt prædicamẽto ſubſtãtiæ reductiue.i.prout ſumitur preciſe pro altera parte compoſiti. Et nota ꝙ iſta forma corporeitatis uocatur, à doctoribus forma generica, & anima intellectiua forma ſpecifica, & ratio primi eſt, qa compoſitum ex ipſa eſt in potentia ad recipiendum aliam formam ſubſtantialem, ratio ſecundi eſt quia compoſitum ex illa forma non eſt in potentia ad recipiendum aliam formam ſubſtantialem, & nota quod dicit Doctor in q prællegata ꝙ eadem forma uocatur forma corporeitatis, & forma cadaueris ille terminus eſt connotatiuus.ſ. cadauer, quia ſupponit pro forma corporeitatis cõnotando talẽ commixtionẽ quatuor qualitatum primarum: ita in gradu imperfecto, ut neceſſe ſit tãdem deuenire ad corruptionem. Sed ſi quis quærat quid intelligis per iſtam formã corporeitatis. de iſto dubio uide Scotum in 3. d. 4 q. unica & etiam Trombettam in 8. metha. q 2. Sed contra iſtam opinionem. Dominus Marcus Antonius de Ianua philoſophus excellentiſſimus ordinarius Patauinus Præceptor meus argumentatus fuit contra Sanctum Doctorem, & Scotũ ſuper iſtã difficultatem ſic ponendo illa inſtantia naturæ, quæ ponuntur ab ipſis Doctoribus, quæ ſunt quinque inſtantia in illo quinto inſtanti in quo materia eſt ab omni forma priuata ex ſe eſt indeterminata, & non magis determinatur ex ſe ad receptionẽ unius formæ quã alterius, unde igitur eſt ꝙ recipit unam formam magis quam aliam

ad hoc

ad hoc dixit ꝙ Scotus, & Sanctus Doctor dicunt ꝙ hoc eſt propter preſentiam agentis replicauit, ſua excellentia, contra Scotum, & Santum Doctorem probando reſponſionem iſtam eſſe falſam, & argumentatus eſt ſic Proiciatur canis in igne canis corrumpitur & tamē nō introducitur forma ignis q eſt agens præſens, ſed forma cadaueris, ergo falſum eſt ꝙ propter præſentiam agentis materia in illo quinto inſtanti magis recipiat unam formam, quam aliam: Argumentum autem hoc nihil concludit contra Scotum, ſicut demonſtraui ſue excellentiæ, & quod iſtud argumentum, nihil concludat contra Scotum, quia Scotus non ponit in mixto animato tantum formam ſpecificam quæ contineat omnes alias formas uirtualiter ſicut Sanctus doctor, ſed in mixto animato datur forma corporeitatis realiter diſtincta à forma ſpecifica. Vnde Scotus inqt in 4.d.11.q.3 ar.2. illa autem forma mixtionis continet uirtualiter omnes formas quæ poſſunt eſſe ſeorſum in alijs formis corporis ideo autem intellectiua non continet iſtam formam mixtionis, quia impermixta eſt, & inextenſa, & ideo continet illas quæ poſſunt tali modo habere eſſe forma autem mixtionis continet omnes alias extenſas, uel extenſibiles, & ideo ille duæ ſufficiunt in homine. Ad argumentum dico ꝙ nihil concludit contra reſponſionem Scoti, quia forma ignis non introducatur in materia canis eſt propter formam cadaueris, quæ eſt aliquid derelictum, & non de nouo acquiſitum, & ſi corruptio fiat in inſtanti tamen mediat tempus inter corruptionem hominis, & cadaueris & ad hoc q introducatur forma preſens oportet ꝙ ſit facta reſolutio uſq; ad materiā pri. & ſic patet ſolutio ad aagumētū pro uia Scoti bene credo

ꝙ argumentum

ꝙ argumentum militet cõtra Sanctũ Doctorem.

FINIS.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

ERRORES.

Folio.2.columna.2.uerſu.6.dicas non poſſunt prouenire diuerſi ef fectus.folio.5.col.1.uerſu,12.Reuerendum præcetorem, & 13. uerſu,eiuſdem folii,& colũne,deficit unum ubi.folio.8.col.1.uer ſu.10.conſequentiam,non conſequentia.folio.11.col 2.uerſu.19.da tam non tam.folio.14.colũna prima,uerſu.3 paret,non patet.folio. 16.col.2.uerſu.12.potentia,non potentiam folio.17.colũ. 1.uerſu. 19.fatetur,non fetetur.folio 19.col.1 uerſu.15.aliquo, non aliqua, fo. 19.col.1.uerſu.16.ſubſtantialis,non ſubſtabtiales,folio.20.col. 1.uer.17.opinione,non opinionem,fol.22.col.2.uer.1.quandã non quadam,fo.23.col.1.uer.4.diſtinctus,non diſtintos,fol.26.colũ.2. uer.ultimo quantum,non quantem fo.28.col.2.uer.17. auricularũ non anicolarum.fol.28.col.2.uer.26.illud,non illum,fol.29.col. 2.uer.9.ecleſiaſtes,non ecleſiaſtici,fol.29.col.2.uer.17. noni nõ, non,& iterum ibi noni, non non,fol.29.col.2.uer.25.Teſaloni cens,non teſlu fol.32.col.2.uer.15.Priorum non piorum tex. 94. & non.44.carta.30.col.2.uerſu.2.triceſima quarta colunna pri ma uer.16.habet indiuiſibili,debet dicere diuiſibili:carta. 37.col. pri.uer.6.habet expones debet dicere exponens & eadem carta & colunna uer. 10.habet aſcetion intellectus debet dicere intel lectu,carta.38.col.1.uerſu.3.habet dixit uult dicere dixi,carta.39 col.2.uer.24.habet paſsiones uult dicere paſsionibus,carta.4.col. 2.uerſu.5.habet qui uult dicere quod:carta.4.col.2. uerſu ultimo habet ultima debet dicere ultimam,carta.45.col.2:uerſu.3. habet

anima uult dicere animæ, carta. 46. col. 2. uerſu. 5. habet Auicenna *uult dicere* Auicennam, *carta. 47. col. 2. uerſu. 8. deficit uerbũ ge-nuflexum, carta. 48. colunna prima uerſu. 18. habet reducitur uult dicere reducunt, carta. 51. col. 1. uerſu ultimo, habet rationem uult dicere ratione, carta 52. col. 2 uerſu. 23. habet* Reſpondendi *uult dicere* Reuerendi *& in eadem, iterum uult dicere* Reuerendi *di-cit* Reſpondendi *uerſu. 24. eadem carta uerſu ultimo habet quo-modo uult dicere quando, carta. 59. col. 2. uerſu. 1. dicit de intelle-ctus & uult dicere de intellectu, carta. 61. col. 2. uer. 24. dicit ha-bet & uult dicere habetur.*

REGISTRVM.

† A B C D E F G H I K L M N O
P Q R. *Quaterniones ſunt omnes.*
Excepta † quæ eſt duerniones.

5-3-1

nris. ps. ... re dñe
laudat aium meum: re
malis mi re confido nō
confundar. ℣. Gloria p
tri et filio. Oratio.